q̄z magdalene. t̄ video plus dilexit. Et sic ho
die iusti q̄ nō in magnis peccatis exceserunt
nō min⁹ ex dilectione opari debent ad grārū
actionē reddendā. Et si nō premissionem l
torū criminū tñ pro p̄seruatiōe a multis. q̄z
nō est peccatum qđ fecit unus homo q̄n alter
posset facere nisi gratia dei p̄seruaret. P

Diceres an ampli⁹ tenet diligere deū; peni
tens q̄z inoccens. Rñdet q̄ inoccens. q̄z ex
cellēm⁹ beneficiū est p̄seruari a malo q̄z per
mittere incidere t̄ postea liberare. Et sic bea
ta virgo fuit plus debitrix diligere deū sicut
t̄ fecit. t̄ magis grata de beneficio p̄seruatio
nis q̄z marie magdalena de beneficio remis
sionis. Tunc subdit. t̄ ceperūt q̄ simul accū
bebant dicere intra se. Quis est hic q̄ pecca
ta dimisit. Bre. Ecce egra q̄ venit ad me
dicū sanata est. led te salute eius adhuc alij
egrotant. Vñ ei⁹ sanato facta est alij egri
tudinib⁹ occasio. vt dicit Aug. sup Johān
ne de iuda. Iste de bono odore moris quo a
lij viuūt. sic isti hic diceres. Quis est hic q̄
etia peccata dimisit. O Diceres. cur
ips⁹ nō r̄ndit ad illā q̄stionē sicut ad alias.
Rñdet. q̄ sup⁹ r̄ndit ad eū facto vbo t̄ mi
raculo. s. Luc. v. Ut sciat q̄z sili⁹ hois habz
pratē in terra dimittiē p̄ctā. dixit parali
tico. Dico tibi. surge t̄ tolle grabatū tuūm.
Vel enā iō sicut dicit Bre. Celestis medi
cūs egros respuit quos de mēdicamēto fieri
nouit deteriores. Jō dixit mulieri. vade in
pace. fides tua saluaz te fecit. Bern. Fides
eam sanā fecit. q̄z petiēt posse se accipere nō
dubitauit. Bre. In viaz patis abire p̄cipit
vt cā p̄firmare tne a rectitudine t̄ via verita
ris vite in via scandali vlt̄r⁹ non deuarer.
R. Diceres. dimissa sunt ei p̄ctā multa:
qm̄ dilexit multū. q̄ el⁹ salus potius debere
ascibi charitati q̄z si dei. Rñdet q̄ loquitur
hic de fide formata opans p̄ dilectionem. et
hec uō excludit charitatē. q̄z fm Aug. Cha
ritas est forma fidei. nā fides sine charitate
est sicut lampas sine oleo. Hec est charitas
de q̄ puer. viij. Ego diligētes me diligō. Re

uera dilexit eā Joh. xi. Diligebat dñs mar
tham t̄ sororē eī maria. Nā multa dilectio
nis signa ei exhibuit. Pr̄io q̄ indulgentiaz
om̄ p̄ctōz ei dedit. Scđo q̄ n̄tō vīcīb⁹ eā
excusabat. Pr̄io apud phariseū de p̄ctis. vt
hic. Scđo apud lōrozez de accidia. Tercio
apud iudā de prodigalitate. Tercio eaz di
lexit. q̄z ea flente dñs fleuit. Joh. xi.

Sermo CIII. Ad idem.

Imon Vides

I hanc mulierem. Luce vii. Dicir
Breg. Sacra scriptura nō soluz
asserit fr̄utes sc̄rōz sed etiam casus in mo
scit ve videam⁹ in lapsib⁹ qđ timere debem⁹
t̄ in virtutib⁹ qđ imitari studeam⁹. iuxta il
lud Amb. Si secut⁹ es errante seq̄re penitē
tem. q̄z dicit Lrb. Nō graue est lucrantem
cadere sed teiectū facere t̄ nosse surgere. Er
Lrb. in li. de lapsi. Humanū est peccare. s̄z
dyabolū in peccatis p̄seuerare. Idcirco ca
piam⁹ hanc mulierē in exemplū p̄nīe. de q̄
rhēma. vides hanc mulierē. S Pro q̄
nota fm Aug. Duo sunt p̄ q̄ hoies salināt
sc̄z innoēcētā t̄ p̄nīa. de q̄b⁹ ps. xxiiij. Inno
centes t̄ recti adheserunt mihi. Jō hic dñs
posuit nobis exemplū eundi advitā in dua
bus mulierib⁹ noile maria. s. maria. t̄ maria
magdalēnam. Hec sunt duo lumīaria ma
gna. mal⁹ qđ p̄st diei. i. innoētā. min⁹ no
cti. i. p̄nīa. sed innoētā rara est nisi in pue
ria baptisatis. De q̄ Aug. re ciui. dei. Pau
cissimi sunt tante felicitatē vt adueniētē ado
lescentia nō dānabilitā cōmutat p̄ctā. Ideo
possum dicere Exo. xxv. Inspice t̄ fac fin ex
emplar qđ nbi demonstratū est in monte. i.
in alta penitētā vita. s. marie magdalēne.
Jō ranit ecclia. Preciosam margantā st̄ el
lāq̄z clānissimā locasti in arce vranice curie.
vt eslet eu idens tue exemplū clementē. idco
possum tibi hodie dicere. vides hanc muli
etem. T Itē multa debemus viderē in
hac muliere penitēte. Pr̄io q̄ p̄nīa eius fuit
tempētua nō morosa. nō expectauit ips⁹ se
nectus nec ips⁹ infirmitatē nec appropin
quātis mortis. sed statim cuz intellexit me
dicū anīe in domo hymonis p̄nītēm. sup con
uiuātēs irruſt. nobis ī exemplū vt docemur
Eccl. v. Netardes p̄ueri ad dñm t̄ ne dif
feras re die in diem. ne vranis voce corrūna
dicendo eras eras. Bre. Qui venīa spōpon
di penitētī dīc crastinū nō p̄misit. ideo ad

Berimo

CIII.

Cogitans q̄ modis offendit?

Sal. vi. Dum ipsi habemus operemur bonum. Nam Aug. in li. de p̄nia. Nullus expectet quousque peccare non potest. arbitrij libertate requirit dominus non necessitate. Dimittit ergo tu peccatum interim quod peccare potest. si non vis. sicut firmitate peccata dimittitur te. Aug. Tunedū est de scro penitente quez mortib⁹ vrget. pena terret vix ad satisfactionē pueniet. Maxie cū filii quos illicet dilexit sunt p̄ntea. vix et mūndus ad se vocant. multos soler penitentia scrotina decipit. Licer ei latro veniaz me ruit de omni criminis. dicit Aug. non tamē dedidit baptismū p̄suerādi et peccandi autoueratē. Tūc enī baptisat⁹ est latro cum p̄p⁹ in cruce dicit. Jō. Ecc. xvij. Ante obitū p̄ para iusticiā. Cris. in li. de lapsu. Humanū est peccare tē. Sed eo p̄nia fuit dolorosa. Nā p̄nia habet nomē a pena. de q̄ Hiero. Nulla culpa telef nisi tristitia angustia. Tre no. ij. Uelut mare p̄nitio tua. q̄r sicut mare acerbū est. sic et tristis. Sc̄tus Tho. parte ij. q. lxxvi. Nō debet dolere de peccatis in eo q̄ sunt p̄tra dei. Bonauē dicit. Quicūq; recogitat mortalē culpā et dei offendit. Et de peccatis debet esse maior q̄ quicūq; dolor de quicūq; re. Nā sicut de debet nob̄ sup oīa placere. et sic p̄ctū p̄ qd̄ de offendit displicere. Aug. Uerius penitē semper doleat. et de dolore gaudeat. et se semper nō voluisse doleat. Et sic beatā maria magdalena De q̄ Bre. Dilectio q̄ dolore ardeat q̄ inter epulas flere nō erubescit. Tercio ei⁹ penitētia fuit operosa. nā post cordis contritionē debet hō. ostendere et approbare contritionē opere. Aug. Qui veraciter penitet malū qd̄ fecit impunitū nō sinit. Bre. in omel. Logirātē mibi de marie p̄nia magis liber flere q̄ aliquid dicere. Considerauit qd̄ fecit. voluit moderare qd̄ fecerat. sup omnes ingressa. non iussa venit sub mēsa. accessit ad pedes se humilians. cogitando. ille est q̄ ppiter petores venit nō sfernit ille. ipse est q̄ leprosum symonē mundauit. mūdabit mēa leprosam aīaz. q. d. Ille hospes de celo venit. alijs hospitib⁹ offerunt carnes ferine. ego volo offerre mēu ferī mū cor. p̄ vīno lacrimas propinare de corde. Et stans retro sec⁹ pedes. Bre. Considerauit indignitatem suā. oculos suos q̄b⁹ impudice remisit in terrā deiecit. cogitās scriptū Sap. xi. Per quē q̄s peccat p̄ hec et puniet.

VI. Logitans q̄ q̄ttuor modis dei offendit. Prīmū oculis quibus impudice respergit. Bre. Quibus terrena occupierat p̄ pñiam īā sterens flebat. Sed in vanitate pilos et posuit. iō capillus tersit. p̄z̄ in lascivitā. nūc p̄po in obsequiū et reuerētiā. O si nō sic facerent mulieres q̄ supbia exerceat p̄ capillos contra illud. Pe. iij. Mulieres subditae sint virtus. nō sit extremitas capillatura aut circūdatio auri aut argenti. Ibi. ij. Mulieres ī habitu ornato cū verecūdia et sobrietate se ornantes. nō in tortis crinsib⁹. aut auro. aut margaritis. aut veste p̄ciosa. s̄z q̄ decet mulieres p̄mittentes pietatem p̄ bona opera. Nam nō bene successit ab saloni. ij. Re. xvij. et Ila. iij. Decalūabilit̄ domini verticē filior̄ syon. et dabit p̄ crispante crine calviciū. Tercio ore in uilia locuta fuit. Jō subdit. et osculabat pedes. nō os. q̄ ad sponsaz p̄tinet. mō sponsus castus labijs casti osculari vult. iō reputauit se nomine sp̄dne indignā. ac si diceret. ego fedati p̄ speculū sine macula. ipse agnus sine macula. ego ouis moribida. quō digna sum in sponsum virginū osculari. q̄ me dyabolus p̄tari desponsauit. Sic erat soror ei⁹ martha a fluru sanguinis ad pedes xp̄i sanata. et sicut charanæa filie sue literanō eō obtinuit ad pedes xp̄i. Et sic ipsa liberata a septē demonijs. id ē vniuersis vīchis. ac si diceret. osculet mater tua casta virgo os tuū. ego aut q̄i canis sub mensa ad pedes. Quarto invigeti decoratis. iō dicit in textu. vñxit vngento. Greg. Nō sibi turpiter exhibuerat h̄ā deo laudabiliter offerebat. Quarto ei⁹ p̄nia fuit amorsa. q̄r in dei amore. iō p̄ps dicit. Remittunt ei p̄ctā multa tē. Aug. Nō solū optet dei timere ut iudicē. s̄z etiā ut iustū diligere. i. Lor. xij. Si distinbuerō oēs facultates meas. si tradidero corp⁹ mēu ligni ut ardeam. et chantatē nō habuero nichil sum. iō. i. Lor. xvi. Omnia opera vīra in charitate fiant. i. Pe. iij. Chantas op̄it multitudinē p̄ctō. rū. Bre. in om. Quid frēs eredit̄ dilectionē dei nīl ignē. qd̄ culpā nīl rubiginē. tanto plus rubigo penitū sumit q̄nto plus charitate accendit. Itē dilectio marie est opera in ea. P̄uo menti liqfactiōnē. Lantico. v. Anīa mea liqfacta est ut dilect⁹ me⁹ locut⁹ est mīhi. Loquebat enī ei isolatoria. P̄uo remittunt tibi p̄ctā tua. Sed oō resurger frater tu⁹. Joh. xi. Tercio loqbat ei. Joh. vli. Mulier qd̄ ploras. Ita liqfacta est ut dice ret illud ps. xxi. Factū est cor meū h̄āz cera

De san. maria Magdalena

liquescens. Sed o mentis inflamationem, sicut enim ex discussione duorum lapidum excutit ignis, sic ex corde marie et ei⁹ meditationibus ut esset dulcis ei pps deus et ho^m inflamatio sacra est. ps. xxvij. In meditatione mea ex ardescet ignis. s. meditatio pccoz et diuinaturu miserationu. Uel sic. Dulcia xpi pba et ei⁹ exempla q^u videtur. dum illa reuoluisti cors de inflamatu est cor meuz. ps. lxxij. Tercio mentis vulneratione. Lann. atq. Uulherita charitate ego sum. Nam sicut vulnerat⁹ de alio cogitare nescit nisi de vulnerere. sic ipsa de xpo. Urge. Iulius ioseph sepliuit corp⁹ tuu. ibi maria spum suu. at illa pdidit corp⁹ suu pdidit et spum suu. X Quarto dilectio xpi fecit in ea mens inebriatione. Ebrieras pluuit impossibilia. et sic matia Johani. xx. Dnes si tu sustulisti eum dico mihi ubi posuisti eum ut eum collam. non cogitabat de ponderositate corporis. Bre. Amanti nihil difficile. Hicero. Amen⁹ xpm et facile vide omne difficile. Sed o ebrietas non timet pericula. et sic matia. Joseph timuit et licentia recepit tollere corp⁹ hiesu a pylato. Matia non sed air. ego cum rolla. Urge. O si in domo priapis fuisset dissipet. ego eum rollam. et sic nos. Senec. in puerb. Nihil est quod non toleraret q^u pfecte diligenter. Grego. Probanio dilectionis est exhibitio opis. Idecirco per eius dilectionem meruit triplice excusationem cum accusa retur. ut patet supra. Tercio enim iudas accusavit eam prodiga. Math. xxvi de perfusione vnguenti. excusauit eam dicens. Quid molesti estis huic mulieri. quod fecit. fecit in meas commemorationem. i. mortis et sepulture. Jo proverb. viij. Ego diligentes me diligere. et sicut ipa dilecta a domino Job. xi. Diligebat dominus martha et sorores eius. Nec est illa matia q^u flente dominus fleuit. Job. xi. Nec est illa q^u cum mire his su stetit ad crucem. Nec est illa q^u quisuit dominum in monumeto ploras. Job. xx. Nec est illa q^u prior inter oes mulieres meruit videre xpm resurgentem a mortuis. Quinto pma eius fuit fructuosa. q^u vltori non peccauit mortaliter. Aug. In manus est pma quam sequitur coninq nat culpa. Et sicut ipa non coninqnat pmaz per sequente culpam nob in creplu. Isido. Iuror est et non penitens q^u adhuc agit quod penituit.

Sermo 27 CIII. Ad idem.

Euertere re
uertere synanitatis. reuertere

reuertere ut intueamur te. Cant. vi. Nec sunt verba dei reuocantis aliam peccatricem a statu peccati ad statu pnie et gre. Sunamitias interceptat miserabil capiuua vel mortificata vel coccinea q^u oia puenitutane peccatrici. Ipa misera de qd pdidit statum dignitatis. capiuua a dyabolo. puerb. v. Funibus pccoz qsqz cstringit. mortificata. quia spirituali vita priuat. Sap. xvi. Non p malicie am occidit aiam sua. A Nota sancta maria magda. fuit in qdruplici statu. scz a uersionis. auersionis. progressionis. et pfectio nis. Primo reuocata est a statu culpe et auerse onis ad statu pnie et auersionis. i. dicit ei. Reuertere. Diere. iij. Tu fornicata es cum amatoribz multis. en reuertere ad me dic domin⁹ et ego suscipia te. Tres stat⁹ peccati est in scrabilis deo odibilis. dyabolo dulcis. B Primo est miserabilis. nam tria sunt q^u faciunt hoiez miserabilis. pauperes. cecitas et nuditas. Primu est paupertas. nam pauperes sunt miseri. q^u caret bono utili. s. diuinitus. sic pec cator est miser q^u caret spirituali diuinitus. scz deo et beatitudibz. Aug. Qui hz deu habet oia. q^u caret deo nihil hz. Sap. viij. Venerut mihi oia bona piter cum illa. Sed o cecitas facit hoiem miser. q^u priuat eum bono delectabili. Si enim ho^m habet totu mundu et esset cec⁹ ad hunc esset miser. q^u non posset ut bonis suis delectabili. Thob. v. Quale mihi gaudium erit tecum. Miser pccoz cecus. q^u non videt luc men eternu quod deus est. Eccl. xi. Dulce lu men et delectabile oculi videre sole. Licet pec cator aliq mō deu videt. s. oculo rōnis. en n^o videt eum oculo affectionis. q^u est totaliter auersus ab eo. Tercio nuditas. q^u priuat hominem bono honorabili. nihil est in honestatu q^u hoiem esse nudum. sic pccoz est nudus et apparel turpis deo angelis q^u ei. q^u caret veste. sanctitat. castitatis et charitatis. De his tribus de Apoc. iij. Tu dicas domine sum et locuples et nescias. q^u paup miser cec⁹ et nudus es. Extra illud triplex malu subdit triplex remediu dicens. Si adeo tibi emere autem ignitum et probatum ut locuples sis. Hoc est pccato primu malu. s. pauprata. et vestimentis albis induans ut non appareat pulsio nuditatis tue. h^o est extra secundu. i. nuditat. Et collito vngue oculos tuos ut videoas. h^o est extra cecitate. Sed o stat⁹ peccati est sume odibilis deo ppter tria. Primo q^u est extra diuinam essentiā. q^u deo hz esse essentialiter. Jo deo nullo modo p non esse. q^u pccato est priuatio modis sex

ceti et ordinis. sicut Aug. Secundo est secunda iustitia. quod peccatum est auersio a summo bono et vero ad aliud bonum non retum. Tercio est contra tei bonitatem. per quam semper intendit creature rationale beatificare et in seipsum reducere sed per se impedire et dividere inter nos et deus et abducere a fine ultimo. Unus deus nihil odit nisi peccatum. unde omnia alia sunt a deo: et bene aliquam si iudicemus cum deo. si illa odiret deum tunc odiret seipsum. peccatum autem non est a deo sed a malorum creature. Tercio status peccati est dulcis dyabolo et delectabilis. et propter misericordiam. Primo quoque liber arbitrii est in ipso pfecte reprehensione. id semper appetitus quod malum est. unde vult oculis homines peccare propter malum quod est pena quod homo peccando meret pena eterna. huius sibi summe placet. Itē vult alius de malum homis. sed per resumendum bonum quod est gloria. Idcirco. i. Pet. v. Vigilate quod aduersarii vestrum dyabolus est.

Quarto status peccati est homini esse detestabilis. quod est maledictio. Gen. iii. Maledicta terra in operum tuo. Maledicta quo ad culpam propter quam nullum structum bonum opis per perfidie. sed tamen spicas et tribulos peccatorum. Diceret enim dicit Augustinus in encyclopediis. et habet. iiiij. q. iiij. c. tps. Licet non valeret ut plena sit remissio. in ad hoc ut tolerabilius fieri debet. Redit sententia Thos. et Bonaventura. Opa exira charitatibus faciat non minuant culpan. nec penam per eisdem peccatis debitam. sed sic est intelligendum. Primo ergo opera hominis faciendo homo minus peccat quod ea obtinendendo. maxime ea quod precepta sunt. et quanto minus peccat. tanto tolerabilior et minor erit pena in gehenna. Secundo intelligitur quod homini opera aliquod modovalem ad bonam dispositionem. ut scilicet homo ex minori tempore libidinis minus grauerit. et quanto per se sit ex minori tempore et libidine. tanto minus grauat. Itē maledicta quantia ad penam que semper augetur. quod diu est homo in statu peccati cumulata sibi ligna et obustios que debent eum eterniter coquendare. Gregorius. Recentrum primum a crescit et pena. Itē maledicta quantum ad viuentem conscientiam quam semper habet seculi. sicut et dyabolus sua gehennam portat et sebistans felicem. Isidorus. li. viii. de summo bono. Homo peccator quocunq; abicitur regnus sue conscientie cum non derelinquit. Boetius. Sicut probitas probitas est solatio et premium. ita in probis nequicia supplicium. Augustinus. i. confessio

nisi. Iussisti domine et ita est ut omnis in ordinatione animus sit sub ipsi pena. Isa. lvii. Non est pax impiorum. Secunda status est penitentie et querelionis. Hoc in omni. Legitamini in hi de mente propria plus libet flere quod aliquod dicere. Nam ipsa est exemplum penitentie omnibus penitentibus. Gregorius. Scriptura sacra non solum virtutes sanctorum assertit. sed et casus innoverunt ut videamus in lapido quod timere debeamus. in virtutibus quod imitari studeamus. Primo enim genitentia suu tempestiuu non morosa. non enim expetrauit tempore lenitatis. nec tempus mortis nec infirmitatis. nec tempus maioris oportunitatis. sed statim ut intellexit suu adesse medicum super cuius uirtutes irruit. Ecclesiastes. v. Ne tardes queri ad dominum tecum. fugienda est vox coruina. Augustinus. Hoc vox multos decepit quibus claudis ostium tremarent foris cum voce coruina. quod toluerunt habere geminum columbinum. Gregorius. Timendum est quod tempore senectus ad penitendum expectat. ne dum sperat misericordiam inueniet iudicium. Augustinus. Vera penitentia difficile sit quoniam iam sera venit. quoniam crucifixus ligat membra. et dolor sensu opprimit ut vix aliquod aliud homo quod dolor cogitare poterit. Dicitur Secundo enim genitentia sicut dolerosa. Item. iiij. Uelut mare propositio tua. Ipsa enim habuit dolorem exteriorum afflictioe corporis interioris. Habuit dolorem interiorum afflictione mentis. Hugo in te sacramentis. Penitentia alia interior. alia exterior. Exterior in carnis afflictione. Interior in cordis contumitione. Per exteriorum castigatur culpa prava opis. Per interiorum emundatur culpa prava voluntatis. Unde Gregorius. Discute quo dolore ardeat quod inter epulas flere non erubescat. Tercio eius genitentia sicut operosa. Nam post contumitionem debet esse opus oneris et probans penitentem. Augustinus. Qui verae ceterae penitentiae malum quod fecit impunitum esse non sinit. Et sic ipsa Gregorius. in omni. Tot de se inuenit holocausta quod habuit oblectamenta. Nam tota eius vita nihil sicut nisi opusa penitentia. Quarato genitentia enim sicut permanens et fructuosa. Augustinus. Inanis est propria quam sequitur coinquisitio culpa. si non ipsa. Isidorus. Rector est et non penitens. Sed ipsa perseveravit. et ille status sicut ad vita eternam. Beatus. Quod propria quod dicitur te non valeo ut volo. que preciosior es auro. per timores destruit. dyabolus fugat. vita appetitur. Terci status est progressionis proficiens. Augustinus. Gratia metet augeri. et auget am-

De sancta maria Magdalena

retur profici Betu. In via dei nō p̄gredi est regredi. Item grā sp̄issanci est aucta in ea Primo ex verbī dei auditu. puerb. xij. Doctrina bona dabit grām. Est enī verbū dei si cūt planis salutaris q̄ terrā d̄lponit ad fru ctitandū Eccī. xxij. Audi tacens t̄ p̄cne rentia accidit tibi grā bona. puerb. i. Audi sapiens t̄ sapientiō eris. Sic maria magda leua ex auditu vbi xp̄i multuz p̄fecit. Eccī. xxi. In labijs sensati inueniūt grā. Scđo ex hospitalitate xp̄i. Hcb. xij. Hospitalitatez nolite obliuisci. q̄ hanc q̄daz placuerunt deo: angelos hospitio recipiētes. sicut dñs ho sp̄itat⁹ a zacheo ip̄m cōuerit Lu. xix. Ho die salus huic domui facta est. Et sic discipulis in emauis Luē. vlti. aucta est grā. co guouerut eū dicentes. Nōne eorū nr̄m ardēs erat. t̄ sic abraam. Gen. xvii. dixit angelis Si inueni grām nō transcas seruū tuum. Tercio pp̄tēt frequentiā naturalis exercitiū. Frequentia actus augmetat habitū. sicut ex frequenti cichanatione tc. q̄. Lcoz. vi. Hor tamur vos ne in vanū grām dei recipiat. i. Pe. iiiij. Unus q̄sp̄ sicut accepit grām in a ttertrū illā administrāres sicut boni dispen satores multisformis grām dei. t̄ sic Paulus Lcoz. xv. Gratia dei in me vacua non fuit i. Thimo. iiiij. Noli negligere grām que in te est. Quart⁹ statuī est p̄fectorū. quez te nūt maria magdalena. Nā quattuor sunt que inducūt ad p̄fectionē. Primuz vite xp̄i exemplaritas. Exod. xxiij. Inspice et fac ēm exemplar qd̄ tibi monstratz est in monte. Nam ip̄e exemplificat totā vitā suā Lu. vi. Perfect⁹ erit ois si erit sicut m̄gr̄ ei⁹. Scđm xp̄i familiaritas. si enī p̄dest p̄uersari cum sanctis hoibz. ps. Cum sancti sc̄tūs eris. t̄c. multo magi cū xp̄o. qui est sc̄tū sc̄tō z. Augu. Lū illis p̄uersare q̄ te meliorem facturi sunt. Sanctitas xp̄i habuit vtrūtē attracti uam. Mat. ix. Mattheo in thelonio sedē te dixit. sc̄re me. Latho. Lū bonis ambula Eccī. xxriij. Lū sancto assiduus esto. puer. iij. Qui cū sapiēntibz graditut sapiens erit Terciū est auersionis a mundo totalitas. Mat. ix. Si vis p̄fec̄ esse vendē oia. i. ali enare a m̄do. i. Job. ii. Qui diligit m̄dm n̄ est charitas pris in eo. Richar. fm̄ mēsuraꝝ dilectionis p̄stak modus manifestationis. Et sic ip̄a tora ambo alienata. relinquēs strēm t̄loroz. t̄ in deserto triginta annis ne minē vidit. Aug. Qui vult sicut exempla tionis gustare necesse est a tu multrū sc̄li ces

sare. Quartū p̄uetionis ad xp̄m int̄. n̄tas i. Lcoz. vi. Qui adheret deo vn⁹ sp̄us efficit cū eo. Deceſt p̄fcta vno. t̄ sic ip̄a in singulārissima dilectiōe. Hugo. Facili⁹ erat aiaꝝ eius separi a corpe q̄ priuani a xp̄o quēdī ligebat. Lanti. v. Vulnerata charitate ego sum. Nā sicut forma sigilli in cera. sic chari tas xp̄i radicata in eius corde. ibi orūnū fer uenitissima desideria. frequētissima suspīna dulcissima colloquia q̄ fuerū inter xp̄um t̄ mariam Lu. x. Matia optimā ptez elegit. Pars bona te peccatis ad penitentiā procedere. pars melior de penitentiā ad p̄fectionē reuerti. Tunc dicetur. veni electa mea t̄ po nam in te thronū m̄ meū.

Sermo CV. Ad idem.

Emittuntur ei

t̄ peccata multa: quoniam dilexit in l

lūtū. Luce. vij. In vbiis p̄mis sis duo inveniunt. Primo annūnciat p̄tōrum remissio. ibi. remittunt ei peccata multa. Scđo subiungit remissionis ratio. quo nāa dilexit multū. De primo dicit. remittū tur ei peccata multa. E Pro q̄ sciendū multa sejunctū ad remissionē peccat. Primū ei peccati cognitio. Bern. Scđo nominem posse saluari sine p̄pria cognitio. hanc sūa habuit. Unī Aug⁹. Ip̄a nouit q̄nto mortali laborauit ppter qd̄ salutē p̄secuta fuit. Se nīc. Salutē initiu est p̄pria cognitio. ita q̄ potuit dicere cū ps. l. Iniquitatē m̄a ego co gnosco. Heu q̄ plures sunt q̄ p̄pria cogni tionē h̄c nolūt. De q̄bz Bern. in principio meditationū. Multi multa sc̄lit sc̄pos ne sc̄iunt. Tales raro merent veniū peccatorū. q̄ enī seip̄m nesciēt bñ nouit. Ido Bernū: Melius est noscere seip̄m q̄ cursum s̄idez t̄ virtutē lapidum. Prouerb. xv. Nosse te pluminata est iusticia. Scđm qd̄ requi titut est p̄sideratio offensionis dei. de q̄ Augu. te vera t̄ falsa penitentia. Penitens nō solū consideret quid fecerat sed quez offenserat. sc̄z creatorē suum. dicens cūz ps. l. Tibi soli peccavi t̄ maluz coram te feci. Et cū Manasse. iij. Paralip. vlti. Peccavi sup tuumerū atene maris. non sum dign⁹ vide te alitudinem celi p̄ multitudine iniquitat̄ miec. Et cū filio pdigo. Luce. xv. Pater pec caui in celū t̄ corā te. nō sum dignus vocari filius tuus. Terciū est n̄mor. Eccī. i. Ti mor domini expellit peccatum. nam qui sine

L S

timore est nō poterit iustificari. Quartū
 remissionis fidu cia, puerb. xv. Per miseri-
 cordiā tē fidei purgantē peccata. Hanc ipsa ha-
 buit. qz vt cognovit qz accubuisse in domo
 pharisei ad cū adiūt. dicit glo. Habuit fidu-
 cia qui leprosum mūdasset eā mūdate pos-
 set. Ideo dictū est ei. Fides tua saluū te fecit
 Ro. viij. Sp̄ saluī factū. Quintū
 est peccati veretūdia. Usq; Grego. facilius
 culpa corrigit que erubescit Ecc. viij. Est
 diffusio adducens gloriam. Rich. Quarto ve-
 recundia maior. tanto peccatū in oculū dei
 clarior. Nam sūm Aug. Veretūdia est ma-
 xima ps remissio. f. Sexū est dā-
 num tē peccati uoticia. Et hoc dānum est mī-
 tipleps qd̄ infert p̄im Primo facit hoīez mi-
 serū. puerb. xiiij. Miseros facit p̄plos pec-
 catū. De c̄ Apoc. viij. Tu dicas qz diuines es tē
 locuplesz neles. qz mis̄ es qz i odio dei. eccl.
 xij. Altissim⁹ odio h̄z p̄cō res. Sc̄dm ma-
 lum qd̄ facit peccati. qz facit hoīem pena di-
 gnū. Aug. Nullū malū impunitū. Nā nō
 stat dedecus culpe sine decorē iusticie. Jō p̄
 strauit se ante pedes. ac si diceret. ego de me
 rui qz tu truderes me tuis pedib⁹ ad penas
 inferni. Terciū dānum peccati est qz priuat
 hoīem grā. t̄ facit qz homo cadit in indigna-
 tionē dei. Sap. xliij. Odio habet dñs impi-
 os t̄ impicrat eoz. Aug. Sc̄io deū om̄i
 criminoso inimicū. de quo peccator rebet do-
 lere. t̄ sic ipa doluit. ita qz cepit lacrimis la-
 tuare pedes. Berñ. O quāra vis est in lacri-
 mis penitentis. abluunt culpam. extinguit
 gehennam. ascendūt ad celos. descendūt in
 abyssos. ignē inferni extinguit. in celo deūz
 reconciliant. uitus ansam lauant. Au g. sup
 ps. Q hō si in p̄scientia ardes extingue la-
 crimis flāmā criminis. Cris. Nemo flens
 ad deū accessit qz nō impetravit qd̄ postula-
 uit. Aug. Qui de peccato dolet dolor suū la-
 crinis ostendat. qz lacrime sunt testes dolo-
 ris t̄ vere penitentie. t̄ sunt valde utiles. Iſi-
 do. Penitentia lacrime apud deū reputant
 p̄io baptismate. Au g. Qui lacrimis se mi-
 serū facetur illi deū misericordē. Septimū est
 sanificatio Sap. xi. Per queq; peccat p̄ il-
 la puniet. qd̄ ipa fecit. Greg. Quot habuit
 oblectamēta tot de se inuenit holocausta. vt
 patet sū p̄a. Itē ad oīa ista regitūr dilectio
 i. Lox. xvi. Om̄ia vīa in caritate sīant. Hy-
 lanius sup. Joh. Fīlīstra est oīs opatio nisi
 assit dei dilectio. Ideo subdit. quoniam dile-
 pit multū. Reuera fortiter deū dilexit. ita qz

totaliter in charitate accensa sūt qd̄ dilectio
 eius compas fortissimis. de qbz Salomon.
 Lann coz. viij. Fortis est vī mōris dilectio
 Dura sicut infern⁹ t̄ sicut ignis flāmarum.
 Alque multe nō potuerūt extingue chari-
 tam. nec flumina obruit illā. si homode-
 derit omnē substantiā suā p̄ dilectionē qua-
 si nihil despiciet eā. Ecce sex sonissima. mōris
 infern⁹. ignis. aqua. flumen t̄ suba tempora-
 lis. Primo enī mōris est fortis in sepando.
 qz ea que forter sunt p̄uncta. s. aiam t̄ cor-
 pus dividit. i. Reg. xv. Siccine separat ama-
 ra mōris. sic dicit Dyon. Mōris nō est su b
 stantia p̄sumptio sed vñitorū separatio. Sic
 amor dei separat beatā maria magdalēnam
 ab amore mīdi: t̄ amoris xp̄i firmat se vñi-
 uit. Hanc charitatē ipa ostendit qd̄ mōm reli-
 quit t̄ oēs pp̄nq̄os fratrē t̄ sororē t̄ here-
 mū intravit p̄ triginta annos continuavit.
 Et p̄ desiderio xp̄i tēo vite p̄ntis affecta.
 Dicit Egisippus. Nullū virū videre volu-
 it. oēm p̄ solationē t̄ palem sugīs. tm̄ ad dei
 p̄ solationē anhelans. q.d. illud Aug. Unū
 p̄cor a te dñi vī in nullo p̄mittas me p̄ sola-
 ri qz in te. Om̄ia amaresctūt vt tu solus mis-
 hi dulcescas. om̄ia mis̄i mortua sunt vñeli-
 bi vñia. Et poterat dicere illud ad Bal. qz.
 Unū ego nō ego sed vñuit in me xp̄s. Oris-
 ge. Nō nema magdalena mortua qz sen-
 tiens nō sentiebat. vīdens nō videbat t̄ au-
 diens nō audiebat. s̄ tota ibi erat vñim gr̄
 suns. Isto forti amore meruit vt xp̄s eā er-
 ga sororē suā excusat. t̄ meruit inter oīs
 hoīes primo xp̄m vīdere resūt gentē a mor-
 tuis. Sc̄dm forte est in sem⁹ in retinēdo
 qz aīas semel rēceptas semp̄ retinet. t̄ sic a-
 mor dei eī⁹ mentē cū deo ita fortiter colliga-
 uit qz nunq; ab eī⁹ amore cadere potuit. pro-
 uerb. xvij. Om̄i tēo diligat qz ver⁹ amic⁹ t̄ fi-
 delis est in vita in morte t̄ post mortem. In
 vita se q̄bat cū. t̄ sedens ad pedes. In morte
 stabar cū matre eī⁹ iuxta crucē. Post mortē
 emit aromata vt vngere ih̄m. Isto fortis
 amore meruit qd̄ vñis eā excusat erga iudicē.
 Hinc eā opus enī bonū op̄ata est in me:
 p̄uenit me vngere in sepulturā. Terciū
 sorte est ignis in accēdendo t̄ consumendo
 Eccl. viij. Ignis nunq; dicit sufficit. t̄ sic ig-
 nis amoris ita accēsus sūt i maria magda-
 lena. nāq; q̄ meditabat dulcia eī⁹ vba q̄ ab
 eo audiuit t̄ eius exempla que vīderat pote-
 rat dicere cū ps. In meditatio mea exarde-
 scit ignis. Itē inflāmatum est cor meū t̄ res-

De sancta maria Magdalenā

nes mei. cogitationes. et illud Cantico. v.
Ululnerata charitate ego sum. Nā sic vul-
nerat de alio cogitare nescit nisi de vulnera.
Et sic ipa de xp̄o. Orige. Ubi ioseph sepeli-
vit corp̄ tuū. ibi maria sp̄um suum. Bern.
Principalior est sp̄us vbi amat q̄ vbi ani-
mat. Isto sorti amore meruit xp̄i psolatō ex
Joh. xx. Mulier qd̄ ploras. Dicit Greg.
Interrogat causa doloris ut augeat desiderium
amoris. O pie ihu tu interrogas: et tu scie-
bas. et sic sien volebas. Noueras tu oracula
ne qd̄ plantaueras in orto ale. Ecce quō ex-
aristi amore corporis mortui q̄ ait. Si tu su-
stulisti dicitu mibi vbi posueris: et ego eum
tollā. Ecce p̄ba ferenti amoris q̄ vna fra-
gilis mulier tm̄ corp̄ humeri gestare puta-
bat. De q̄ Bern. qd̄ vix centu libre mitte et
aloes sufficiebat ad cōdiendū. De illo ardē
ti amore dicit Orige. Ecce maria q̄ ardeus
in dilectione xp̄i. nullū locū excipit. Et sinetis
more dicit. ego eu tollā. Non nimis custo-
des armatos. nō iudeoz pscrutatiōes: et py-
lati dānationē. nō expectant dic̄ clarū. Jo-
han. xx. Lūz adhuc tencbre essent ditit. ego
eu tollā. Dicit H̄en. Nihil ē qd̄ nō tollit q̄
q̄ fecerit diliḡ. eo q̄ scribit. i. Joh. lxx. Perfe-
cta charitas foris mittit timore. Quartū
foris est aqua in extinguedo. Ecc. lxx. Ignē
ardente extinguit aq. et sic charitas dei in ea
extinguebat ocm̄ amore carnalem q̄ castissi-
me vixit. Bre. Bustato sp̄u despit ois caro
Bern. Charitas destruit charitatem. chari-
tas spiritus destruit charitatem corporis.
Itē extinguebat charitatē tertenā. De quo
L̄is. Uere nō habet sup̄ terraz qd̄ amat q̄
donū dei in veritate gustat. Itē extinguit a-
mōrē domesticuz. s. stratis et sororiz. pensans
illud Mat. x. Qui amat p̄rem vel matrem
plus q̄ me nō est me dign̄. Et illud Mat.
xix. Om̄is q̄ reliqrit fr̄s aut sorores. patrez
vel matrē. ppter nomē meū centupliciter ac-
cipiet. Itē extinguebat amore p̄matus. qz
de seip̄a postea nō curauit. Et trīginta annis
corp̄ suū affixit. considerā illud Gal. v.
Qui xp̄i sunt carnē suā crucifixerūt euz vi-
cīs et occupiscentīs. Et sic sp̄ualis martȳ
effecta est. de q̄ Bern. Uere martyri genus
sanguinis effusio et q̄tidiana corporis afflictō
Isto sorti amore meruit sp̄ualē psolatio-
nē q̄ dñs ei panit et angelo septies in die
et nocturnā. Et collaudab̄r dñm in et dura et
pfecta p̄nia. Lu. xv. Gaudiuz est angel̄ dei
supyno r̄c. Quintū foris est flumē in ob-

ruendo. Mat. vii. Uenerūt flumē et vehti
flauerūt et irruerūt in domū illā et cecidit. Et
sic amor dei fuit in ea forē sicut flumē. quia
subuertebat domū mentis et fundit̄ destru-
xit. qz pr̄ cor el̄ erat dom̄ dyaboli. Greg.
Sepe demonia habuit. Et charitas dei fecit
eam domū dei. i. Joh. lxx. Qui in charitate
manet in deo manet et deo in eo. Hugo. Ita
familiaris est deo charitas et habitate nolit
vbi charitas nō fuerit. Item hortamur ad
Ephe. iii. In charitate radicati et fundati.
Et sic ipa radicata in charitate. de q̄ Greg.
Pensandū qnta vis amoris discipul̄ fugie-
tib⁹ ipa iuxta cruce stabat. Orige. Stabat
et plorabat. Amor fecit eā stare. sed dolor co-
gebat eā plorare. O qntus amor in ea. Disci-
pulis recedēb⁹ a monumēto ipa nō recede-
bat. itē et iterū in monumentū respiciebat
Grego. Uis seruidi amoris intentionē mul-
tiplicat inq̄stīōis. Orige. Uehemēter plo-
rabat. qz duos dolores in mente gestabat. vnu
deppi morte. aliū sublatū credebat. psolatio-
ne angelicā despuebat. Orige. in persona eius
Unerose sunt mihi oēs psolatiōes grauant
me et nō psolant. ego quero creatore meū. iō
grauis est mihi ois creatura. Hugo. Facili-
us erat aīam ei⁹ separari a corpe qd̄ viuiscer-
bat q̄'a corpe qd̄ diligebat. Isto sorti amo-
re meruit q̄ xp̄s eam dilexit. Joh. xi. Dilige-
bat aut̄ dñs marchā et sororē eius maria. ita
diligebat q̄ ipa flente fleuit. Et meruit illa
dilectione q̄ fuit p̄nūcīa resurrectiōis xp̄i.
iō dicit apl̄oꝝ apl̄s. qz dixit ei xp̄us. Clade
ad fratres meos t̄dic eis. ascendo ad patrē
r̄c. Sextū est suba tpalis in appetendo.
Aristo. Appetitus diuītarū crecit in insi-
nitū. Ecc. v. Avarus nō implebit pecunia
Et sic amor dei in maria magdalena q̄ tem-
poralia paruipendit. Nō est xtenta ī domo
recipere h̄iesum cū sorore. sed in via necessa-
ria sibi ministrare et vngenta preciosa effun-
dere. ita q̄ dicit Aug. Quantū quis despici-
et inanū diliḡ. Ipa paruipendit vngen-
tū p̄ciosū. de q̄ iudas murmurauit dices
Potuisse vngentū hoc venūdarī tot de-
narijs et dari pauperib⁹. Ipa potuit dicere
illud Philip. iij. Om̄ia arbitratus sum ut
stercora r̄c. Cum isto sorti amore ipa meru-
it. vel sic. In appetendo maria fuit insaci-
bilis. quia gustu diuīne dulcedinis satiari
non potuit. sed quo amplius bibit. tanto am-
plius situit. Idcirco Ecc. xxviiij. Qui me
edent adhuc esurient. et q̄ me bibent adhuc

sistent. s̄ dicit docū ps. xvi. Satiabor cū ap-
patu erit glā tua. Idco potuit dicere illud
Aug. Nihil me delectat nisi te te loq. de te
audire. tuā glā in corde meo frequenter
reuelare. p̄ hec mervitermā gloria.

Sermo 5 CVI. Ad idem.

Emittuntur ei

peccata multa: qm̄ d̄lx̄t multū
Luce. vii. Vide⁹ q̄ nubes in-
terposita inter solēz nos: radiū solis auertit
a nobis. z phibet eū. vent⁹ vero supueniens
z auferens nubes solis lumē nobis restituit
D. Sp̄ualiter. p̄ nubem intelligit pecca-
tū mortale. Hoc impedit radiū solis. i. clari-
ratē ḡc. Isa. lix. Peccata v̄ra diuiserunt
inter vos z dñi. adueniētē vero vento. i. peni-
tentia delct nubes culpe. z restituīt lux solis
id est ḡa. Aug. Penitētia removet ac delct
peccata z restituīt ablata. Figural Jone. iij.
z enīnūtis q̄ tebāt subuerit. sed p̄ pm̄az
saluati sunt. vt ptz ibidē. Ite. ij. Reg. xij. Di-
xit nathan ad dauid. Judicauī sup te ma-
lū. nō recedat gladi⁹ a domo tua. Respōdit
dauid. Peccauī dñe. Lui nathan. Trāstu-
lit dñs peccatū tuū. Aug. O q̄ salubre ver-
bū peccati. Amb. in li. p̄san'onū. O felix pe-
nitentia q̄ ad se trahit dei clemētiam z ligat
el⁹ om̄ipotētia. z iuuenit corā deo ḡam. et
sic maria magdalena. de q̄ thema. Remittū-
tur ei peccata zē. In summa v̄boz innuit
primo p̄tō z remissio gratiosa. in principio.
Sed oīmīlōz ratiō vigorōla. ibi qm̄ dile-
xit multū. De primo dicit. remittunt ei pec-
cata multa. Nā Marci vlti. dicit. septē de-
monia habuit. Grego. in omel. Uniuersis
vici⁹ plena fuit. Item nota peccatū ei⁹ fuit
m̄tiplez. s. originale. veniale. mortale. actu-
ale. z peccatū in sp̄ūm̄ sanctuz. I. P̄io
videndū est qd̄ sit p̄t̄m̄. Rñdet Aug. Peccatū
est auersio a bono in cōmutabili ad bo-
nū cōmutabile. vel sic fūm̄ quosdā. Peccatū
est om̄e dictū vel factū vel p̄cupitū qd̄ sit co-
ita legē. Jō in li. de duabz anīabz. Peccatū
est volūnas retinendi vel p̄sequēdi qd̄ iusti-
cia phibet. Item Ambro. in li. de paradiso.
P̄t̄m̄ est p̄uaricatio leḡ diuīc. qd̄ dīc m̄gr
in. iij. di. xxv. P̄t̄m̄ uō p̄sisteret si interdi-
ctio nō suisse. Jō m̄gr in. iij. di. xluij. Causa
z origo priā peccati res bona extitit. qd̄ ante
primum p̄t̄m̄ nō suit aliqd̄ malum vñ orizet
cū enī origīne z causaz habuit. aut ex bono

aut ex malo. s̄ malū an̄ nō erat. qd̄ ex bono
ortū est. s. ex anglo. Aug. p̄tra iulianū here-
nū. Quid est angl's nūl bonū op̄ dei z bo-
na z laudāda natura. Et dīc san. Tho. Bo-
nū p̄t̄ esse causa mali. nō p̄ se sed p̄ accidens
sed mala voluntas angelī s̄lī z hoies lecūda-
ria cā suis maloz. K. Pro q̄ scīndū q̄
bonū p̄t̄ esse cā vel subiectū mali in quo nō
sunt oīa. z qd̄ nō habet oīm̄ p̄fectionē z bo-
nitatē. sed de q̄ q̄ habet oīno p̄fectionē z bo-
nitatē nō p̄t̄ esse causa mali. Jō Aug. in li. q̄stī
onū. Non est de q̄ mortis inuctor sed iudep.
Item vīso qd̄ est peccatū in generali. Nūc
qd̄ sit p̄t̄m̄ originale. Rñdet san. Tho. sup
q̄. smar. Formaliter loquēdo p̄t̄m̄ origina-
le est defect⁹ originalis iusticie. Materiali-
ter est acupiscēta. S̄ Hugo in li. de sacra
mētis li. i. P̄t̄m̄ originale est vīcū qd̄ na-
scendo vel p̄cipiēdo p̄trahim⁹. Nā līcet ge-
nerantibz qntū ad culpā tem̄lūm̄ sit tñ re-
manet q̄ ad penaz. Dicētes fit ne p̄uuli
inūria q̄ imputat̄ eis hoc ad p̄t̄m̄. Rñdet
san. Tho. nō. Nā q̄ caret aliqua p̄fectiōe q̄
requirit ad aliquid obtinendū detet catere il-
lo obtinendo. sed p̄uuli carent iusticie ori-
ginali z actuali que req̄rit ad dei visionē. ergo
iusticia ade ex ḡa fuit data sup natura-
lia principia quā p̄ ingratitudinem amiss̄
vñ cū ex ḡa esset nulla inūria fit posteris si
non reddit̄ ei iusticia ab adam p̄dūa. L

Dicētes. est ne illud originale voluntariū ē
necessarium. Rñdet m̄gr in. iij. di. xxij. z test
Orige. q̄ p̄ordīcī vītūq̄. Necessariūz vero
q̄ virari nō p̄t̄. Ideo ps. De necessitatibz
meis eripe me dñe. Enī p̄t̄ dici voluntariū
Aug. Licet patuulī nō vīnuntur liberō arbitri-
oī voluntariis. artī vocat̄ voluntariis. qd̄
ex primī hoīs voluntate p̄tractū z factū est
quodāmodo hereditariūz. De q̄ Ephe. q̄.
Etamus natura filij ire. Dicit sanc⁹ Tho.
in. iij. q̄. lxxi. arti. i.. Om̄es hoīes ex adam
derivati sunt tanq̄ multa membra vñ⁹ cor-
poris. Actus autē vñius membris nō est vo-
luntarius voluntate ip̄ius. sed voluntate aīe
que primo mouet membra. Unde homici-
dium nō imputatur manū nisi inquantū
est aliquid homis qd̄ mouet a primo princi-
pio. sic etiā p̄t̄m̄ originale nō est voluntariū
voluntate p̄uuli sed primi parētis. M
Dicētes. est ne p̄t̄m̄ originale vñū vel plu-
ra. Rñdet q̄ vñū. nā sicut vna febris debili-
tat̄ oīa mēbra. sic p̄t̄m̄ originale coordinat̄
oīa mēbra corporis. ita q̄ oīculis est p̄son⁹ ad-

De sancta maria Magdalena

videndū lasciuū auris ad audiendum. et ad loquendū. de q̄ Bch. viij. Sensus et cogitatio hois ab adolescentia prona sunt ad malū. qd̄ p̄queris apl's Ro. vij. Nō inuenio bonū in carne mea. inuenio alia legē in membris meis repugnantē legi rei mei. Diceres vtrū p̄tīm originale sit magis in vno q̄ in alio. R̄ndetur q̄ uō. q̄ originale non est aliud q̄ priuatio originalis iustificat que est eq̄lit̄ in oīb̄. Diceres si hō nō peccasset vtrū habuisset plus de gratiā q̄ nunc post p̄tīm. R̄ndetur quodā sunt tēna grē q̄ ordinant ad p̄septionē hois in seipo ut dona grē gratiā facient. Quodā enī dant ppter alterius utilitatē. ut genera linguaū et opatio signoz. q̄ h̄mōi que ordinant p̄tra alijs defectus. Dona ergo illa que ordinant ad suppletionē defecutū aliorū nō essent si p̄tīm nō esset. q̄ defectū illi nō essent. et si enī dona grē gratis dāt̄ quei. "int. H̄z grā gratum faciēs esset maior autē p̄tīm q̄ post cōparando statū ad statū. q̄ rūc natura esset meliū disposita. N̄ Diceres. p̄ quid remittitur peccatū originale. R̄ndetur primo p̄ fidem Actu. xv. Fide purificans corda eoz. Idecirco cū baptisat puer patrini p̄sitemē fidem ante baptismū. q̄ dicit apl's Roma. v. Iustificati ex fide in grā in qua stam. Se cūdo remittit p̄ baptismū. de q̄ Ezech. xxvii. vi. Effundā sup̄ vos aquā mundā et muda bimini ab oīb̄ iniquamentis vīis. Aug. ad felicianū. et h̄z de p̄. di. i. h̄. ties. Per baptismū om̄ p̄teritorū sūr ablūtio p̄tōz. O Itē p̄tīm veniale dī veniale. p̄ro fīm sane. Tho. in. i. q. q. lxxvij. ar. ii. cor. relatiq̄ q̄stionis. q̄sī dignum venia. q̄ p̄tīm venialia habent cāz venie. q̄ ex h̄uā a fragilitate ligno tantia causant. que sunt plura. de q̄ Aug. et h̄z. xxv. di. q̄ alios. vbi dī. Quotiens in cibō vel in potu q̄s plus accipit q̄n ecceſſe ē. et m̄ nō intendit. et sic ebrietas est mentis obliuio et est veniale. Scđo q̄tiens q̄s loquit̄ q̄ optet. s. de licet. et iustis. Blo. nō ex p̄ceptu. Tercio q̄tiens q̄s tacer q̄ optet. Blo. nisi i platis q̄b̄ possit esse mortale. Quarō q̄tiens q̄s exasperat paupem. Quinto q̄tiens lan⁹ nō ieiunat alijs ieiunantib⁹. si salē noti est ieiuniū ex p̄cepto. Sexto si q̄s tardius surgit. Septimo si ex facilitate iuriat vel ex leuitate male dicit. Ista venialia p̄tīm faciliū augmentant. q̄ dicit Aug. Nullū peccatum est adeo veniale qd̄ nō fiat mortale dū placet. et h̄z in can. xxv. di. nūcautē. h̄. crīmis. Et

dicit glo. Assiduitas et tempt⁹ venial⁹ p̄cati sunt morale p̄tīm ibidē distinguuntur de triplici genere venialiū p̄tōz. N̄ apostolus grauiora p̄tīm venialia vocat lignū. mītiora senū. mīma stipula. q̄ sicut lignū dūrūs durat ī igne q̄ senū. et senū diuīrū q̄ stipula. sic p̄ maiorib⁹ p̄tīs hō meref pl⁹ esse puniēdus. Idecirco dī. Aug. sup̄ ep̄lam Jo han. omel. i. Noli p̄tēnere venialia. q̄ leuita sunt. q̄ expauelce q̄ multe sunt. et siām a diuina visioē excludūt Alpōc. xxi. Nil coiuīnatū intrabit. N̄a nō refert siue nauis p̄ magnos flux⁹ sine p̄ guttas paglati intrantes submergit. Jo Aug. in fītōe te orōne dñi. ca. Quid interest vtrū te plūbz p̄mat aut arena. et sic de veniali. nō ē parū qd̄ expone rat dū. P̄ Pro q̄ scīdū q̄ p̄tīm venialia p̄nt mortalia fieri triplē. ut dī sau. tho. in. i. q. q. lxxvij. ar. ii. Primo q̄ idēc⁹ nature fit p̄o veniale et post mortale similitudine voluntatis. et sic nō p̄t fieri. H̄z motus subīrū sine deliberatione causat veniale. q̄ post h̄z deliberat⁹ causat mortale. Scđo q̄ illud qd̄ est veniale ex genere inq̄ntū cōstituitur in eo finis ad mortale. ut ordinatio verbi oīcōi ad adulteriū et fornicationē fit mortale. Tercio q̄ multa venialia p̄tīm cōstituerēt integraliter vñ p̄tīm mortale falsum est. nā om̄ia venialia nō p̄nt h̄re intar tū te reatu. q̄ p̄tīm mortale habet reatu p̄ ne eternū. veniale vero p̄ne et p̄alis. Alio mō intelligi. q̄ p̄tīm veniale fit mortale dispositive. q̄d̄ disponit bñ ad mortē. Itē venialia peccata remittunt multipli. Primo p̄aque bñdicta aspersionē. ut h̄z de p̄se. di. iiiij. aquaz sale. Scđo per p̄sbyteri bñdictōnē. xviij. d. presbyter. Tercio p̄ dñicam ordēm. Quarto p̄ elemosinaz largitionē. Quinto p̄ pectoris tunisonē. Sexto p̄ ieiunij castigationē. ut patet de p̄. di. i. medicina. Septimo per dignā cōmunionē. ut habet de p̄se. di. ij. Lū om̄ne crumen. Octauo p̄ extrema vniōne. ut patet de sacra vīc. c. vīccio. dicit san. thomas in. iij. di. vi. Non p̄t tolli culpa nisi reordines voluntas. Ideo nō tollit voluntate manēte ergo semp̄ teq̄rit vna displicētia ad tollendū venialia. Terciū peccatum est mortale p̄ qd̄ homo meref eternā mortem. ut dicit mīt. in. ij. di. xlj. Itē nota ista peccata differunt inter se. Primo origīale ab actu ali. q̄ originale in aīe infusione p̄trabīt. sed actuale p̄ malā voluntatē ad actū. Itē actū p̄ peccatum transit actū et remanet teatu. sed

originale trahit reatu et remanet actu. ut p[er]tinet q[ui] vii. nō solū. Sed dico dissent mortale et veniale. q[ui] mortale tollit grāz et impedit glo[ri]ficationem. q[ui] stat cū grā. ut dicit sc̄us Tho. Nā q[ui] peccat mortali cedit a charitate. h[oc] nō q[ui] venialiter. licet tñ cadit ab innocentia. ut h[oc] de p[ro]p[ter]a d[omi]ni. iij. Septicas. Itē peccatum mortale dissent a veniali. q[ui] p[er]tinet mortalia p[er]tinet offici venalia p[er] sessionem. ut dicit sc̄us Tho. in. i. iij. q[ui] lxxvij. Peccatum mortale effectu offici veniale. et de p[ro]p[ter]a d[omi]ni. serpens. Sz venialia nunq[ue] p[er]tinet offici mortalia in quantum talia. Itē p[er]tinet mortalia inter se dissent. q[ui] aliquid dicunt mortalia cōmuni no[n]e. aliquid vero p[er]tinet in spiritu sanctum. Itē p[er]tinet in spiritu sanctum d[omi]n[u]s du p[er]tinet. Uno mō d[omi]n[u]s q[ui] peccat in persona spiritu sancti. ut q[ui] aliter sentit de eadē dicens spiritu sanctū esse creaturā. Alio mō q[ui] peccat contra attributum spiritu sancti. s. ex certa malitia. q[ui] ei attribuit bonitas. Et d[omi]n[u]s irremissibile. nō q[ui] nō remittit vel remittit nō possit. h[oc] q[ui] nō h[oc] cām excusatiois. cū sit ex certa malitia. h[oc] iu[en]tū p[er]tinet et siliū h[oc] cām excusatiois. q[ui] ignoratiā et insinuatiā. Sed d[omi]n[u]s irremissibile. q[ui] prava voluntas repellit illud p[er] q[ui]d te beret remittere. Itē p[er]tinet in spiritu sanctum specie lucis opponit g[ra]tia p[er]tinet p[er] quam sit remissio peccatorum. Q[ui] Itē ad remissionem peti sex exigunt. duo ex parte remittentia. s. misericordia et iusticia. alia misericordia est desperatio. h[oc] iusticiam est presumptio. Sed ex parte cetera cui sit remissio requiri duo. s. p[er]missum nō peccandi. et dolor de commissis. Cōtra primū est finalis penitentia q[ui] priuat emendā. alia secundū est obstatu. Tercio requiri duo ex parte cetera p[er] q[ui]d sit remissio. s. sides eccie. et grā q[ui] datur in lacro. Cōtra primū est impugnationem tamen agnire. alia secundū est iniudicata fraterna g[ra]tia. In iniudicata est p[er]tinet mortale. q[ui] est respectu g[ra]tiae vel alterius boni in quantum credidit diminutiu[m] proprii boni. h[oc] iniudicata est respectu g[ra]tiae in se in quantum ex malitia sibi bonū displicet. et sic peccatum in spiritu sanctum d[omi]n[u]s irremissibile. sicut infirmitas incurabil q[ui] resistit remedio morbi. Atque morbo miraculo se p[er] curari ita h[oc] peccatum diuina g[ra]tia est remissibile. h[oc] finalis penitentia est irremissibile. Hiero. Nihil misericordie dei repugnat nisi cor impenitens; q[ui]d enim nō postulat. Orige. Nullus de piere dei diffidat. q[ui] bonitas dei o[mn]ipotētia malitia superat. R[ec]o. Dixi sed subiungit remissione rō vigorosa. ibi. q[ui] d[omi]n[u]s diligit multū. Pro q[ui] scientia p[er]tinet mortale actuale remis-

tio p[er] missa. Pro q[ui] g[ra]tia p[er]missione Tho. iij. In t[er]pe tribulatiōis p[er]tinet t[er]cū. ps. i. Sacrisimū deo sp[iritu]. p[ri]ori. et Daf[ini]. iij. In spiritu humiliatiōis et in anno p[er]ito suscipiamur a te dñe. Secundū p[er] p[er]missionē. ps. xxii. Dux p[er]missib[us] adū sū me t[er]cū. et iu[en]tū. t[er]cū. de q[ui] p[er]mit. xxvij. Qui abscondit seelera sua nō diriget. q[ui] aut p[er]fessus fuerit mihi h[ab]ebit. Jō. i. Joh. i. Si p[er]ficeamur p[er]tinet nra fidel[is] et iustus est dñe ut remittat. Tercio p[er] elemosinā largitionē. puer. xvi. Misericordia et veritate reducit iniq[ue]ritas. h[oc] docuit p[ro]pheta adamcl[aus] nabuchodonosor regē. Dan. iiiij. Rex placet tibi p[er]silū meū. p[er]tinet tua elemosinis redime. Eccl. iij. Ignorantē extinguit aq[ui] sic elemosina restitut[ur] petis. iij. Luc. xi. Date elemosinā et oīa t[er]cū. Quarto p[er] deuotā orationē. Act. viij. Ros[ario] d[omi]ni ut tibi dimittat cogitatio cordis tui. Et sic dimissum ē suo nequā. Mat[th]ew. xvij. Domine debitis dimisi tibi quoniam rogasti me. Quinto p[er] iuriaz remissionē Eccl. xxvij. Relinquit p[er] nosē tibi et depacant tibi debitur venia. Aug. Unusq[ue]z talē indulgentia accipiet a deo q[ui] fecit p[er] primo Lu. vi. Dimittite et dimittet vob[us]. Eadem mēsura q[ui] mēsura fuit t[er]cū. Sexto p[er] lacrimaz effusionē. Isido. Penitentia lacrime apud deum reputantur p[er] bona p[er]tissimā. Idcirco Augu. super ps. xcij. Ohō si ardes in p[er]silia delicti lacrimis extingue flāmā criminis. q[ui]s beat[us] Bern. cōmendari. O q[ui]ta vis est in lacrimis penitentis. ablunt culpā. extinguit gehennā. ascēdit ad eos. descendit ad abyssos. ignē infernālē extinguit, celos pulsant alam lauāt. deo p[er]tinet rēccōciliāt. de q[ui] aug. Qui lacrimas miserū se fatet illi de misere. Sinauit procedit ex dilectionē. aliquid sicut timore pene. de q[ui]b[us] Ber. Quosdā lugere video si lacrime de corde p[er]cederēt nō ita cito niderēt. Septimā dimittit p[er]tinet ardētē dilectionē. de q[ui] thema. Remittunt ei t[er]cū. i. Pe. iij. Chantas opit multitudinē p[er]tiorum. S[ed] Pro q[ui] scientia remissio p[er]tinet autoritatē est a solo deo. yla. xlj. Ego sum q[ui] deo iniquitates tuas. Aug. de verbis d[omi]ni. Sp[iritu] sanctus opat remissionem peccatorum post contritionē. sed reat[ur] p[er] p[er]missio p[er]tinet bonū charitate informatum remittitur. licet enī culpa simul et nō p[er] partes remittitur. tñ remissio penitentia p[er] gel. q[ui] plus diligit plus ei de pena remittit. Grego. Dilatio habet se ut dignis. peccatum ut rubigo tanto magis rubigo peccati plumbis quanto cor p[er]tinet igne charactis crematur.

De sancta maria Magdalena

Sermo CVII. Ad idem.

Accessit ad pe-

a dea huius peccatrix mulier. Sic
legit et canit sancta ecclesia. et superius
est originaliter ex historia cunigelica Lu. viij.
Nulla res est homini ita bona et pascua quae
eris alioquin dannosa. Et eis. Nullares dannosa
qui aliqui per esse pascua. Exemplum de primo lez
de rebona. Lux est res bona. Sene. i. Videlicet
de luce que esset bona. quiesce oculis claris et
sanis pedestre. ira egris nocet. Secundum dicitur
terrene bene scienti expendere pascunt. et scienti
enti obsunt innocentibus. Amb. Sicut dicitur in initio
sunt impedimenta reprobis. ita bonis sunt co
adiuvia amera virtutis. Tertio sicut bonorum vi
num pedestre homini fano scienti. ita obest ego
et febricitati. Exemplum de secundo. scilicet de redanno
sa qui aliqui est pascua. ut de mulieribus. quedam
legunt fuisse exemplar virtutum. quedam vero le
gunt exemplar vicioꝝ et nocuꝝ. Nonne prima
mater euia legit fuisse exemplar gule et inten
perantie. Sene. iii. et multum nobis nocuisse. ita
ut legit Eccl. xvij. Instans peccati mali. que illaz
omnes morimur. Item vox soror exemplum inobedie
tiae. dum exercit sedentiam prohibita ne retro re
spiceret inobedientia fuit. et versa est in statu
salis. Sene. xix. Item dyna filia iacob exemplum
curiositatis inconstantie dum egressa ut vide
ret mulieres regiis illius ab emor filio si
cheni stuprata est. Sene. xxvij. Item izabel
vox regi achab exemplum homiadij etydia
triae. Reg. xvij. Secundum contra legum multe
sancte mulieres qui sunt nobis exemplar scientia
tis et honestatis. Beata ergo maria exemplum
innocentie. Anna vidua exemplum continentie.
mulier chananea exemplum perseverantie. Ista
vero peccatrix beata exemplum punitio. Jo. Bre
go. Sacra scriptura non solu narrat virtutes
sanctorum. sed etiam casus eorum. ut videamus in la
pibus quod timere debamus. in virtutibus quod ini
tari studemus. iuxta illud Amb. Si securus
es errante sequere penitentem. Si legimus illa
recessisse a deo per peccatum. quod Aug. Peccatum est
recessus a deo. videamus quod in prima accessit
de quo thema. Accessit ad pedes tecum. In
summa vero duo invenimus. Primo proponit
eius accessum virtuosum. secundum subiungit eius
excessum viciosum. ibi. peccatrix. De primo
dicit. Accessit ad pedes. Tercium. Nota se
pitem mulieres in noua lege legunt accessus
se ad hunc nobis in exemplum. que septem sunt

virtutes per eas designate quas habet ve
rus penitus volens per priam accedere ad hunc
ga. q̄ dicit Aug. Impudic⁹ oculus impudici
mentis est nunci⁹. Scđo iste thesau-
rus est abscondēdus p̄ carnis castigationē.
Juxta illud. i. Coz. ix. Lastigo corp⁹ meuꝝ
& in seruūtē redigo. Nā hic ager corporis in
quo latet viginitas nō debet nimis humide
teneri. q̄ dicit Bern. In reliquo periclitat ca-
ſtitas. de q̄ Hiero. v. Saturauit eos & mecha-
ti ſunt. Ergo ad p̄seruationē huī thesauri re-
q̄nt potus et cibi moderamē. q̄ dicit Hiero.
Uenter vino etiuan s̄cito ſpumat in libidi-
nem. q̄r viuū eſt caſtitas; venenū. Tercio
hic thesaurus d̄z abscondi p̄ humiliationē.
De q̄ Aug. Nō ſolū p̄dicanda eſt viginitas
vt ſerueſ. ſed enī ne iſteſ. eo p̄ dicit Bern.
Virginitas mane nō placuiss̄ deo ſine hu-
militate. qua propter dicit Aug. de ſuperbiſ
viginib⁹. Audeo dicere ſupbiſ veile eſſe ca-
dere vt in eo in q̄ extollunt hūile. q̄ plus
expedit viginē nō eſſe q̄ te viginitate inſo-
leſcere & ghari. q̄ fimo Aug. Mel⁹ eſt hūile
piugiuſ q̄ ſupba viginitas. ergo merito iste
thesaurū eſt abscondēdus a vento vane gle-
quēadmodū fecit beata Katherina q̄ vedi-
dit om̄ia q̄ habuit. q̄ regnū tereliq̄t. corpus
penis expoliuit ne illū thesaurū p̄deret. Et
merito viginitas cōpā theſtauro. q̄r theſtau-
rus fit de teb⁹ raris p̄ciosiſ. q̄r om̄e p̄ciosiſ

est rarū. & rarū eſt p̄ciosum. Jō dīc Hiero.
Offic⁹ qđ rarū eſt magis appetit⁹. Sic vgi-
nitatis menſ & corporis vera eſt rara. & p̄ conſe-
quēs p̄ciosa. vt de ea p̄dici illud Sap. vij.
Divinitas nihil eſſe dixi in cōpatione illius
nec compauit illi lapidē p̄ciosum. qm om̄ne
aurū in compatiōe illi eſt q̄ſi arena exigua.
De cui⁹ p̄ciositate dicit Bern. Virginitas
eſt lux arie. lampas ecclie. ſecura ſemita cele-
ſtis patrie. Scđo thesaurū eſt ſpūal grē.
De q̄ Sap. vij. Inſinū eſt theſaurū hoib⁹.
quo q̄ viſi ſunt facti ſunt participes amicicie
rei. Hic eſt theſaurū virtutū q̄ facit hominē
diuitē. De q̄ Greg. Ille vere ſunt diuitie q̄
nos diuites vtrib⁹ faciūt. Iste theſaurus
vtrū eſt p̄ciosus. q̄r a ſolo deo p̄fert. ad Ha-
la. iiiij. Qui tribuit nob ſpūm opat ſtutes
in nob. vbi Aug. Tale bonū eſt vtrū vñ nul-
lus opeſ eā in nob nñi deus. In agro cordis
inuenit. & eſt abſcondendus ab hūana lau-
de. iuxta illud Mat. vi. Eū facis elemosī-
nā noli tuba canere tē. Nā vane glōſus ē ſe-
cut ſtalt⁹ viator; & ſemiator. E Prīmo
ſicut ſtalt⁹ viator. ſicut dicit Gre. in omel.
Inuenit theſaurū abſco dīt vt ſerueſ. In p̄-
ſenti enī vita q̄ſi in via ſum⁹ qua ad patriā
pergim⁹. maligni aut ſpūs iter nñm obſede-
runt. quāl q̄dā lacrūculi dep̄dari teſiderat.
Dep̄dar ergo teſiderat q̄ theſaurū publice
poenat. Hoc aut̄ dico nō vt proximi oga no-
stra nō videat. ſed vt p̄ hoc qđ agim⁹ laudē
exter⁹ nō queram⁹. op⁹ ſit in publico vt p̄-
beam⁹ p̄ximis exemplū. ſz int̄ēto ſemp ma-
neat in occulto q̄ deo ſoli placere poſsumus.

Scđo vanegliosus eſt ſic ſtalt⁹ ſemina-
tor q̄ ſemen in terrā proiicit. ſz ab humanis
landib⁹ nō abſcondit. t̄o ab auib⁹. i. demo-
nib⁹ deuoraſ. & a malignis ſpiritib⁹ concil-
catur. Juxta illud Lu. viii. Qđ cecidit iux-
ta viā ſculp̄arū eſt & volucres celi comedie-
runt illud. Jō Mat. vi. Attendite ne in ſti-
ciā v̄ram faciat̄ corā hoib⁹ ut videamini
ab eis. Hunc theſaurum viginū inuenit &
emitt beata Katherina. vendidit oia que ha-
buit. i. om̄ne alienū amoreſ. ſ. carniſ & mūdi.
p̄iſcribit̄ dīt̄ & diuitias vt poſſideret the-
ſaurū virtutū. vt canit de ea ecclie. O ma-
ter nřa ter ſancta quaterq̄ beata. i. ſcr̄ a tri-
bus virtutib⁹ theſoloycalib⁹. q̄ter beata. i. a
virtutib⁹ q̄tuoꝝ cardinalib⁹. Terci⁹ the-
ſaurus eſt eternal glie. De q̄ Mat. vi. The-
ſaurizate vobis theſtauros in celo vbi nece-
ſtago nec tinea demolit⁹. nec ſures futant nec

effodunt. Iste thesaur⁹ detet q̄i p̄ desiderium. et inuenit p̄ dilectionē diuinā. Undicit Isido. De⁹ desiderio q̄rit. dilectiō e inuenit. Iste thesaur⁹ detet emi opib⁹ misericordie. iuxta illud Dat. xiiij. Si vis p̄fici⁹ esse vendeo oia que habes et da paupib⁹. et habebis thesaurū in celis. de q̄ et Aug⁹. Regnū celoz venale inuenit quod paupertate emis. Hic thesaur⁹ est p̄ciosus ppter quē omnia sunt vendenda et cinq̄da. vt res tiales pp̄in quos et parentes. vt fecit beata virgo et martyr Katherina. q̄ potuit dicere illud Dicte. xij. Reliqui domu meā. s. q̄ ad ptempū regni terreni. dimis hereditatē meā q̄ ad cōtempū d̄iugij. tedi dilecta aiam meā i manus inimicor. q̄ ad ptempū corporis et sensu altratis. vt hret thesaurū celestis glie. De q̄ Dat. vi. Ubi thesaur⁹ tuus ibi et cor tuū. f. Jo quo ad triplicē thesaurū quē acq̄siuit sancta Katherina rōne sui nois tr̄spliciter interpretat. Pumo quo ad thesaurū h̄ginalis mūdicie dī Katherina q̄si carent tui na ois immūdicie. Scđo quo ad thesaurū sp̄ialis ḡc dī Katherina. a Kathos qđ est vniuersum. q̄si vniuersalē ruina oīm vicioz q̄oia via caluz h̄ebant ab ea et fr̄utes flouerūt in ea. Tercio quo ad thesaurū celesti glie dicit Katherina q̄si chara regina. nam multa sunt dona q̄ sancti suis dñs contulit Singulariter his donis honorauit sanctā Katherinā generaliter. Nā ipam i carcere stravit p̄ angelū sicut beatū perū. ipam celesti cito refecit in carcere sicut heliū. ipam orārem p̄ his q̄ passionē ei teuote celebrauit exaudiuit. vt beatū basiliū et beatā margaretham. et voce de celo missa ad se eā intuitauit ve sanctū stephanū. Ip̄a decollata lac p̄ san guine flupit. sicut beato paulo. Etia sepulcrū ip̄i anglī laborauerūt sicut beato clemēti. ex ei⁹ ossib⁹ oleū manauit sicut ex ossibus beati nicolai. Et iō beata Katherina dicitur ter sancta. q̄ter beata. Nam hoc a dñō p̄me ruit q̄i in hoc mūdo vixit sicut colligi p̄t ex hystoria ip̄i⁹ passionis.

De tuo martyre.
Sermo CLVIII.

Ic est vere
martyr q̄ p̄ xpi noīe sanguinē suū ludir. Hec ḥba legit sc̄ā mater ecclia in vni⁹ martyris hystoria. Et nō miremuni q̄ assūmo ecclie verba. q̄ dicit

Innocenti⁹. Ab oībo tebz obseruari qđ sancta romana obfūuat ecclia. Et Bern. Ecclesia est xpi sponsa. iō ei⁹ ḥba sunt valde autē tica. In ḥbis p̄posi⁹ duo inuenit. Primo martyriū veritas. ibi. Dic est vere martyr. Scđo signi nobilitas. ibi. q̄ p̄ xpi noīe sang. tē. De p̄sio dicit. Hic ē vere martyr. In b̄ q̄ dicit vere inuictus q̄ aliq̄ sunt martyres falsi inō veri. **S**ā martyres sunt duplices. dyabolici et deisci. Dyabolici sunt q̄ penā et dolorē sustinēt ad p̄sequēda peccata. De q̄bo Bern. Sunt q̄ labore et dolorem sustinēt. inō est eis ps in dñō. sicut raptores frig⁹ et cestū sustinētes die noctuq̄ in locis et armis eq̄rantibus et se fatigātes cā auctorice. Sunt hastilusores duras trucidatō es sustinētes ppter vanaz gl̄iam. et sic de alijs. imo tales sunt penales hoies. vt hr̄ Eccl. xij. Nō est ei bñ q̄ assiduus est in mal. Recuera nō bñ. q̄ velint nolint arguit eos sc̄ia et dicā recte tōis. Dicte. q̄ Malitia tua a mara. s. rōne remorsus sc̄ie. Sap. xvij. Timida neccia dat testimoniu dānariō. Nā dicit Isido. Quocūq̄ hō abierit sc̄ia cum nō derelinqt. Et sic tales p̄tinue h̄nt penam q̄n recognit̄t eoz malā vitaz. De q̄ Augu. Om̄is inordinat⁹ animus est sibi p̄ pena. Et sic tales lā h̄nt infernū in cordib⁹ coru⁹ rōne assiduitati gene. et sunt martyres dyabolici. q̄ nullo mō p̄it verā solatio nē h̄re. Jo Hugo. Nō est grauior pena q̄ remordens sc̄ia. Et Bre. Quid p̄dest si oēs homines excusat. sola sc̄ia accusat. q. d. nihil.

Scđi sunt martyres deisci. et sunt duplices. s. sp̄iales et corpales. Sp̄iales. de quo Bre. Martyres esse possumus etiā si ferro colla nō subdim⁹. et sit fin Bre. triplicerter.

Prio in aduersitatē patienti toleratione De q̄ Bre. Martyres sum⁹ dū in aduersitate patientiā in arsō toleram⁹. Nā aduersitatis p̄ iusticia patiēter tolerare est maius signū ḡte q̄ mortuos suscitare cecos illumine. Icp̄los mūdare. de q̄ Ambro. Patiētiā maiore reputo miracul. q̄ natura n̄ dat patientiā in aduersis. s. dei gra. Quia dicit Ansto. viij. ethico. Tristis fugit natura. Jo impatiēt vacuos se ostendit a gra dei p̄ mururationē. Jo Bre. Qual'vinusq̄sq̄ apud se latet. illata p̄tumelia pbar. q̄ electi et boni bñdicūt. sed p̄tumelli maledicent. Jo Ro. xij. Bñdicite et nolite maledicere. i. Peri. q̄ Beati est si qđ patiēmini. ppter iusticiam Scđo sp̄iales martyres efficiunt in pro

ro iūrginibus.
t oia que
E emitt
rmo. clv.

De dedicatione templi.

Ximi cōpassione. de q̄ H̄re. Qui dolorē exhibent in aliena necessitate crūce portat in mēte. Sic maria facta est martyr cīcā crucem xp̄i. q̄ dicit Damasce. Om̄ia vulnera q̄ xp̄i sustinuit in corpe. sp̄a in mēte. Et sic iohannes euāge. fac̄t̄ est sp̄ualis martyr. s̄o nō p̄ missi p̄m pati xp̄s. Sed dicit Johā. vñ. Sic volo eū manere donec veniā. q̄ cōpassio xp̄i mortis fecit eū martyrem. Et sic si habes cō passionē cū paupibz. si sustinēt famē sitim tribulationē a malis hoibz q̄ eos sp̄oliane es sp̄ualis martyr et fers crucē xp̄i sp̄itu altere. H̄re. Duobz modis crucē xp̄i tollitur. Dū enī p̄ abstinentiā corpus effligit. et p̄ cō passionē animi. dicendo euz ap̄lo. ij Cor. vi. Quis infirmat et ego nō infirmor. q̄s patit et ego nō voro. s̄i in vera cō passionē Et specialiter debes compati sp̄iali defectui ut qñ vides aliquē peccare blasphemando adulterando. supbiendo. irascendo tē. vel qñ audis salsum iurare mētiri tē. et cōpate- ris signū est bonitat̄ p̄ mēbrū xp̄i sis. H̄re. Nō aliter mēbra xp̄i n̄i redemptoris effici- mur nisi p̄m̄is cō patimur. et qnto q̄s do- lores plus p̄m̄oy sentit. tanto corā teo me- lior ep̄st̄l̄ De quo H̄re. Tanto q̄s p̄fectior est qnto q̄s dolores p̄fecti sentit alienos. Tercio sp̄uale martyris efficiunt in inimici- corū dilectiōe. de quo H̄re. Contumeliam ferre et odientē diligere est martyriū l̄ oculata cogitatiō eseruare. Nā magnū signū bo- nitatis est illi optare bonū q̄ facit tibi malū et diligere illū q̄ te odit. et orare p̄ illo q̄ te pse- quirut. vt docet dñs Mat. v. Diligite inimicos vros orate p̄ p̄sequētibz vos. bñfaci- te his q̄ od erūt vos. vt sitis filij p̄ris vestri q̄ in celis est. Nā diligere inimicos et injuri- antibz indulgere ex toto corde. hoc valde ac- ceptū teo est. de q̄ Aug. in ser. de sc̄o stepha- no. Per inimici amoriē efficiens amicus dei

Scdm est martyriū deſicū corpale. euz q̄s corporaliter patit pro deo. et est scdm mem- brū in q̄ dixi innuit signū nobilitas. de q̄ sub- dit. sanguinē fudit. H̄re p̄fectū mar- tyriū notat in duobz. s̄i in causa et in forma. P̄rio in causa. de q̄ Aug. Nō pena fac̄t martyrem. sed causa. Et cā est q̄druplet q̄ facit corporalem martyrem. P̄rio cu q̄s patit p̄ fidei veritate. vt beat̄ iacobz et alii martyres. De q̄bus Heb. xi. Temprati sunt. lapidati sunt occisi sunt. Et subditē cām. H̄i om̄es testi- monio fidei p̄fati inueniunt sunt. Tales oēs vere merent dici martyres. et digni sunt cœle-

sti p̄mio. vt dicit Leo papa. Om̄i post p̄di- to dubio q̄ p̄ fidē xp̄i morit celeste p̄mū se- querit. Scđo cū q̄s morit p̄ veritate. sancta- te et iusticie eq̄tate. tēdarguens criminano- lens sentire in ea. sc̄ fac̄t̄ est martyr iohā- nes baptista. q̄ arguebat herodē p̄ adulterio. Sic nos pati debem⁹ p̄ sc̄ritate vite et iu- sticia. q̄ dicit Aug. Melius est p̄ veritate pati suppliciū q̄s p̄ adulatioē p̄seq̄ benefici- um. Tercio cū q̄s patit p̄ ecclie libertate. Et sic sc̄t̄s Tho. cantuarienb eps. q̄ potuit di- cerc illud ps. Ieviij. Ecclis domus tu e come- dit me. Quarto cū quis patit p̄ obedientia m̄ris ecclie. et sic beat̄ Laureti⁹ ex iussu p̄fici p̄pedistrisbuit paupibz thesauroi ecclie et th̄sū- lit obediuit. Dicit sc̄t̄s Tho. in. q̄. q̄. q̄ oīa opa viriū fm̄ q̄ referunt in reū sunt prote- stationes fidel. et sic p̄nt esse causē martyriū. Et sic h̄cunq̄ patit pro ope bono faciendo et malo vitando est vere martyr ppter deūz. Et sic beat̄ Christofetus et iacobz. Secun- do notat veritas martyriū in forma. et hec est p̄seuerantia in ope. s̄i in h̄o paties ppter ve- ritatem et iusticiā cuncta bona paruipendat p̄sanguineos. p̄sentia gaudia nō cureret neq̄ dolores timent. sed p̄seueranter oīa relinquat ppter deū. iuxta illud Job. ij. Pelle p̄ pelle; et oīa que h̄o haber dabir p̄ aīa sua. q̄ dicit sanc̄i⁹ Tho. in. ij. q̄. q̄xiiij. at. iiiij. Ad p̄se- ctum martyriū nō soli req̄ritur tolerantiā carceris vel rapina bonoz sp̄aliū. nisi ex his sequat mors. De raiibz patientibz scribitur Mat. xxiiij. Qui p̄seuerauerit vlḡ in fine hic saluus erit. Qualis fuit beat̄ clementes q̄ post h̄y seclū supplicia celestē rapuit patriaz Ad quā nos p̄ducat Ihs xp̄s p̄ris vñigeni- tis q̄ vñsit et regnat in seclā secloz Amen.

De dedicatione templi.
Sermo CLIX.

Om̄i tuā dñe

Dicit sanctudo. Scrib̄t̄ ps. xcij
Dicit Arist. li. p̄. de animalibus
q̄ apes in aliwearibz suis solent regi cōdifica-
re domū et habitationē in medio eoz et custo-
diunt cū. et cū egredit̄ exēt vñacū eo et faci-
unt sonū cū gaudio et ducētes eum. 3
Sp̄ualiter. Per apes intelligunt fiddles et
lecti. Nā vel scribū Ecc. xi. Brevis in vola-
tilibz est apes et unituz dulcoris haber eius
fructus. Sic q̄libet fidelis debet esse brevis
id est humilis et se exercitare circa dulcorez

deuotiois, et rebet edificare regi. i. xpo domū cordis, q̄ nū habilitate nobiscū, vi habeat, iiij. Machab. viiiij. Volumisti templū habitatiōnis tue sicut in nob̄. de q̄ aplus. i. Lox. iiij. Nescitis q̄ templū dei estis vos et sp̄itu⁹ dei habitat in vob̄. nā de⁹ electat esse in nob̄ p̄ gram. de q̄ Prover. viiiij. Delicie mīcē esse cū filijs homīm. Idecirco horat nos ad preparan̄ dū sibi amēnā habitationē. Hier. ciiij. Bonas facit vias vras et studia vra et habita- bo vobiscū in sempiterñ. ait dñs oipotens Ecce q̄nta dignitas et creatura sit habita- culū creatoris. Ut Apoc. xxi. Ecce tabe- culū dei cū hoib⁹ et habitabit cū eis eoz de⁹. Idecirco talis habitatio dū cīscimunda. Eo p̄scribit Sap. i. Nō habitarib⁹ ī corpore sub- dito peccat⁹. sed in alias sanctas se transserit. Sap. viij. Iō dixit ps. xci. Domū tuā de⁹ sanctitudo dñie r̄c. K Pro q̄ sciendū multiplex est dom⁹ dei quā de⁹ sanctitudo. Prima est ecclia vniuersal. Secda est vter⁹ p̄ginalis. Tercia est dom⁹ sp̄ualis. Quar- ta dom⁹ materialis. Quinta dom⁹ eternal.

Prima dom⁹ dei est ecclia vniuersal. sc̄z aggregatio fidelium. de hac dicit apls. i. Thi- mo. iii. Scias qđ opere te in domo dei cō- uersari q̄ est ecclia. Nā habet in cano. i. q. i. multi. Ecclēsia catholica dicit fidelium mul- titudo fide et charitate vniata. Et Lyprian⁹ dicit vñ habet. xxiiij. q. i. loqu⁹. Quod radij multi sunt vnu lume. trami arboris multi vnum robur. sic multi in fide vna dicun- tur ecclēsia. Nā sicut ecclia material⁹ er q̄tu- or patientib⁹ cōponit. sic ecclia vniuersalis ex q̄tuor euāgelij⁹ p̄solidat. Sanctuarū ha- bet in q̄ est cler⁹. et anteriorē domū in q̄ cōsi- stit pp̄ls. Ita et ecclia vniuersalis h̄z cōtem- plauis virā in qua sp̄uales. habet actiuam in qua p̄sistit sc̄lāres. Contemplativa vita est cuncta terrena p̄ dei amore relinque. sola celestia querere. assidue orare. sepe lecturare. hymnis ingue deuz laudare. Activa vero vita est casta vitā cū p̄uge ducere. filios in dei amore nutritre. paup̄es cibo et potu recre- are. infirmos et vñduas visitare. et omib⁹ ne- cessitatē patientib⁹ pp̄ter dilectionē proximi- mi. p̄ virib⁹ opem ferre. In sauctuario est al- tare in q̄ sunt reliqie sc̄toz. et sic in ecclēsia est xps. in cui⁹ dīcplatiō et tec̄p̄seūt mētes bīoꝝ. et in cui⁹ p̄spectu iusti exultat et epulans et in iusticia relectant. Fenestre q̄b⁹ basilica illu- minat sunt doctores p̄ q̄s celeste lumē in ec- clēsia in gredit. Juxta illud Mat. v. Vos

estis lux mundi. luceat lux v̄a corā hoib⁹ ut videat opa v̄fa r̄c. S̄z piccuta in ecclia est vita et exemplū sanctoz q̄ imitari debe- mus. ut docet Lys. sup Mat. dicēt. Quid p̄dest sc̄tos colere et sanctitatē sp̄emere. Iō celebram⁹ festa sanctoz. ut imitetur vesti- glia eoz. Itē lumē qđ lucet in ecclia sancta ē sp̄üssanci grā q̄ ecclia iugiter irradiat. S̄z crux in ecclia significat ut crucifixū seq̄munt. Juxta illud. i. Pe. ii. Xps passus est p̄ nob̄ vobis relinquē exemplū ut seq̄mini vesti- glia ci⁹. Itē tūrres ecclie facte sunt p̄lati. Nā sicut tūrres exceedit alia edificia. sic prelati morib⁹ et sanctitate dñit alios precellere. ut habet in cano. i. q. i. vilissimus. Vilissim⁹ ē q̄ alios p̄cellit dignitate et nō mox sc̄titate. Itē campana hui⁹ ecclie sunt predicatores. Nā sicut cōpane excitat hoices ad surgēdū: et ad teū laundandū. sic et facere debet pdica- tores. Juxta illud Isa. lviiij. Elama ne ces- ses q̄s tuba exalta vocē tuā et annūcia pplo- meo scelerā eoz. Silt et ap̄ls. iiij. ad Thim. iiij. Predica verbū. insta oportune impor- tune argue oblecta increpa. crit quoq̄ ipsū cū sanā doctrinā nō sustinebūt r̄c. Hec cō- mus firmiter cōflicata supra firmā p̄tra. s. xpm̄ q̄ est fundamentū eius. Juxta illud. i. Lox. iiij. Fundamentū aliud nemo p̄t pone tepter id qđ posūt est. qđ est ilz xps. In hac domo debet p̄merit̄ es q̄ volunt̄ saluari. Nā dicit Lyprian⁹. Frangerāt ab arbo- re et nō porcīt germiare. et sic q̄ sep̄t ab vni- rate ecclie. ut habet. xxvij. q. i. alien⁹. Alien⁹ est prop̄har⁹ et hostis est. nō p̄t h̄c deuz patrē q̄ nō tenet vniuersalis ecclie vnitates. Hec est dom⁹ de qua puer. ix. Sap̄ia edisi- cauit sibi domū et excidit ī ea colūna septē. id est septē sacra ecclie. Nā sicut colūne ec- clēsias materialē sustentant ne cadat. sic hec septē sacra et ruina sp̄uali p̄setuant. et si cecide tit hō adiunāt ut resurgat. ut dicit mḡur. iiij. lxiij. q. i. K Et prima colūna in domo ecclie sancte est baptism⁹ sine quo hō caret vita sp̄uali. qđ p̄bat Jacoby antioche- nus dicens. q̄ in regione orientali qđā aues generant in arborib⁹. et qđā illē qđā pendēt ī ar- borib⁹ nō h̄nt vitā. sed statī cū cadunt te at bore in aquā vitā h̄nt et incipiūt natare vno- lare. Sic pueri pendentes ī vñscerib⁹ mater- nis q̄s in arbore corrupta ex petō ade viaz grēno h̄nt. sed sunt mortui. et si taliter deci- derent tei vñsione priuarent. ut dicit Aug⁹. et ponit de p̄se. di. iiij. sumissime. firmissime

De dedicatione templi.

tene q̄ non solū homines ratione vtentes, ve
rū etiā pūulos q̄ sive in utero matris viue
re incipiunt t̄ ibi moriuntur. sive iā de matri
bus natū sunt si sine sacramēto baptisimatis
qđ datur in noīe p̄tis t̄ filiis t̄ spūlānci de
hoc seculo transeūt sempiterno igne punie
dos. Slo. igne. i. penitentia, sed statim post
q̄ veniūt ad aquas baptismi vitā habebūt
t̄ mundabūt ab oīibus delictis. De q̄ Eze
chie. xxxvi. Effundā sup vos aquā mundā
t̄ mundabimini ab oīibus inq̄namentis vestris
si sic enolant. Marci vli. Qui credident t̄
baptisatus surrit saluus erit. Sed & colū
na hui⁹ domus est confirmatio que habet se
vt medicina fortificativa in spūali pugna. vt
habet in cano. te cōse. di. v. spūllance⁹. Spi
ritus sanctus q̄ in fonte tribuit innocentiaz
in p̄firmatione p̄stat augmentū ad gratiaz
in baptismo regeneramur ad vitā. post ba
ptismū confirmamur ad pugnā. Ideo p̄fir
mandus tenet ad designandū infirmitatez
Et nullus debet respuere hoc sacramentum
vt dicit Urbanus papa. Omnes fidèles per
man⁹ impositiōis epoꝝ spūlānci p⁹ ba
ptismū accipe debet ut plente xp̄iani inueni
antur. vt dicit glosa de p̄secra. di. v. c. omes.
Si homo adulens stemneret hoc sacramē
tum accipe peccaret mortaliter. q̄ cōtemnit
gratia gratuſcientē. Et dico in adultis. nā
in pueris sufficit baptism⁹. attamē paruuli
non p̄firma⁹ si recedit minorē gloriā in ce
lo habebit. vt dicit san. Tho. pte. lñ. q. lxxij
arti. viij. q̄ pueri p̄firmati gloriā maiore con
sequuntur sicut hic maiore obtinent gratiaz

Sed dices. cur nō om̄es puuli confir
mantur. R̄ndetur ppter periculū reiteratio
nis. q̄r hoc sacramentū nō est reiterandum
qr̄bi imprimitur caracter inelabilis. qui fr̄
san. Tho. est signū sacramentales reo imp̄
sum anie. Et caracter imprimitur in bap̄tis
mo quasi vestis innocentie p̄ quam homo reci
pitur in familiā xp̄i. Sed in p̄firmatōe im
primitur caracter vt sit miles robust⁹ et for
ta xp̄m confiteus. Et ideo dāt in fronte ad
designandū audaciā cōtra timore. q̄ signa
timoris t̄ verecūdie apparent in fronte. mo
do paruuli nō h̄nt memoria nec pugnam.
idcirco nō datur oīibus puulis. Tercia
columna hui⁹ domus est cor p̄ xp̄i. h̄ sacra
mentū habet crucificare homines instruc
tos t̄ nutrit hoīem t̄ sustentat ad vitaz gra
tie. De quo Joh. vi. Qui manducat hunc
panē viuet in eternū. q̄ repellit mortē. vt di

cit Innocenti⁹. Hoc sacramentū venialia
debet. morealia cauet. Et Fulgenti⁹. Qui di
gne sacramentū eucharistie sumplerit i cor
suum proculdubio fontes grāz fluent t̄ reflux
ent in eternū. Quarta colūna est peniten
tia que releuat hūc qui cecidit. vt di. Aug.
in libro de p̄nia. Penitentia laguores sanat.
leprosos curat. mortuos suscitat. sanitatem
auget. gratia t̄seruat. vitā prestat. deuū pla
cat. Similiter L̄rif. O penitentia rutilan
tior auro. splendidior sole quid referā de te
O misericordia soluis. padisum aperis. cōtri
tu sanas. cristem exphylaras. ad vitā eternā
reucas. Quinta colūna est vinctio extre
ma que tollit infirmitates corporis t̄ anie. vt
habet Iaco. v. Si q̄s infirmat ex vobis in
troducat p̄sbyteros ecclie vt oreant sup eum
ungentes eū oleo in nomine dñi. Et oratio fi
dei saluabit infirmū t̄ alleuiabit eū domin⁹
t̄ si in peccatis sit dimittent ei. Ex hoc habet
vt dicit mgr. iij. sententiaz. q̄ sacramentū
vinctonis penas p̄ peccatas dimittunt. secundo
morbū corpalem alleuiat. tertio remissionē
peccator opatur. Sexta colūna est ordo
sacerdotalis mediante qua spūalis dom⁹ dei
sustentat. t̄ compatur radici arboris q̄ si sa
na fuerit ramī pullulant t̄ structum ferunt
sic fm. L̄rif. sup Math. Si sacerdotium
est sanū tunc sustentat popl̄m t̄ reddit eū di
sciplinatū. Ideo habet Judith. viij. Ulos
q̄ p̄bri est in populo ex vobis pendet aīa eo
rum. Septima colūna est ordo p̄iugalis
sine quo homo carnaliter viuens saluari
nō potest. q̄ datur in remediu. eo q̄ di. Mat.
xiij. Non omes capiunt verbū hoc. sc̄z cōni
tentie. sed qui p̄t capere capiat. Et aplus
i. Lox. viij. Melius est nubere q̄ vii. Naz
de virginib⁹ preceptum dñi non habeo sed
consiliū d̄. Ideo ordo p̄iugalis compatur
vici que est arbor. distorta exterina indispo
rita. ramē consert dulees fructus t̄ vīnu pre
clarum. sic coniugū generat nobiles fetus
zōmes virgines. Ideo dicit Hiero. Lai
do coniugū qr̄ generat virgines lego rosas
de spinis t̄ margaritas de conchis. Ne sunt
columne septem speciose in domo ecclie. Et
hanc domū decet sanctitudo obedientie. Iur
ra illud Mat. xvij. Si q̄s ecclēsā non au
dierit sit tibi sicut ethnicus. Nā dīc Greg.
Peccati paganitas incurrit q̄ ecclie san
cte p̄ inobedientia tradicit. Ideo habet. si
di. quis nesciat. Quis nesciat ab oīibus de
bet obseruari q̄d sancta romana ecclia obser
Q 5

uat. Secunda domus est veer⁹ vaginalis. de qua canit ecclia. Domus pudici pectoris et plus reperiit dei. de hac domo scribit Sa pier. viij. Intrans domum conqescam in illa Nam filius dei intravit domum beate virginis et quenibz ibi noui mensibz. Hec est nobilis domus. de qua Amb. Quid nobilis matre dei quod splendidi? ea quia splendor lucis elegit etenim. Ab hac domo peccatum nos omnis salus De qua Ann. Non est salus in mundo nisi qui cogerit virgo. Et impletum est illud ps. huius. Replebitur ab ubertate domus uestra. Nam hec domus plena est odoze virtutum. Unus Diero. Si maria diligenter inspicias nihil suunt. nihil recoris. i. gratie est quin ex ea et splendear. Hanc domum decet sanctitudo recructie et honoris. eo quod dicit Bernat. Nihil nos habere de voluntate quin totum per mariemam transire. nam omnis nostra maledictione in benedictiones est mutata per illam. Tertia est domus spualis. et est quilibet deuota anima. de qua possum dicere prelens thema. Domum tuam decet sanctitudo. si sicut in ea fieri debet habitatio dei. ut dicit ps. xx. Tu in sancto habitas. vbi dicit Damalce. Sanctitas est puritas mens sine scietia criminis. Hec domus a summo opificie est construenda. quod a deo. De qua Aug. Ania a deo creatur. creando insundit. **L**Hec domus debet sustiniri sepe colunis. hoc est septem tonis spuissanter. Ita debet sanctificari ad modum materialis domus dei. Primo per aquam benedictionem recolit ecclesia et cimicium. ut habeat de pseccatione ecclesie. et spuissimi. Sic domus spualis ante per aquam lacrimarum mundata. de qua Isa. i. Si fuerint peccata vera quasi coccinum erit alba velut nix. de qua et ps. i. Laubis me et super iniure deambabor. Secundo domus dei debet vocari. ut patet de pse dist. i ca. placuit. vbi dicit. Altaria eu erant que sine reliquis erigunt. Ita spualiter debet dominus ante dotari virtutibus et exemplis secundum. Unus ps. xxxvi. Lustodi innocentias et vide equum ac quoniam sunt reliquie homini pacifico. Et idem ps. xlviij. Ponite corda vestra in fructu eius. Nam dicit Ber. Ania virtutibus plena est triuita et caibedra. Tercio domus dei temel dicata debet sua manere et nunquam secularis habitatio fieri. ut patet de pse pmutatione. vbi dicit. Quod semel dicata est nunquam ad aliud usum transferri debet. et sic de ania que clementia deo est amplius alienari non debet. Juxta illud Lu. i. In sanctitate et in

fficia serviamus domino cunctis diebus nostris. Sed heu multi bni incipiunt. propter quod dicit Greg. frustra velociter currunt qui antequam veit ad metam deficit. Sic in cassum bonorum agitur si an terminum vite deserat. Quarto sicut in domo dei festum dedicauimus singulis annis pagitur. ut habeat de sc. dt. i. c. solennitatem. Solennitates dedicatiois eccliarum per singulos annos sunt celebrande. Ipso domino dante exemplum quod ad eandem festivitatem celebratur aduenit. Job. x. facta sunt penitentia in hierusalem et hymnis erat. Sic dedicatio domus spualis semel in anno ad minus debet fieri. ut habeat de pte. tre. ca. omis. Omnis utriusque sexus semel in anno debet astreni proprio sacerdotio et sacramentum eucharisticie sumere. Quinto in domo dei non debet seculisti excommunicari aliquis. sic in domo spuali. Sania nullus debet admitti peccatum morale per quod homo excommunicari possit quo ad se. Ideo Levit. xi. Sauci estote quia ego sanctus sum. Nam ad hoc elegit nos deus. ut dicit aplo ad Ephes. i. Elegit nos deus ante constitutionem mundi ut essemus sancti et immaculati. Nam hec est voluntas dei sanctificatio vero. i. ad Theb. iii. Jo. Johelis. ii. Sanctificate eccliam. Nam in malitiosa anima non intrabit spiritus sapientiae. Sap. i. Scito omnis domus dei debet esse subdita christo. Sic omnis anima pertribus sublimioribus subdita sit ad Ro. xiiij. Et signanter deo. de q. iij. Nach. ix. Iustus est subdum esse deo. et morale non paria deo sentire. Juxta illud d. Psal. xxvi. Subdit est domino. ut quod est. i. Pe. i. Anias vias castificantes in obedientia charitatis. Nam magis optei obediens deo quam hoibz. Actu. v. Eo quod dominus non vult holocausta victimas sed quod obediens sibi. i. Reg. xvi. Quia melior est obedientia quam victima. Dicit namque Greg. in mora. Scelus ydolatrie est nolle accipere. Iohab in cano. viij. q. a. sciendum. Sine obedientia infidelis quisque concinatur quod fiducia alias videatur. De quo et moyles Deutero. viij. Peribitis si inobedientes fueritis. Nam sicut inobedientes ipsi placet detinere a monasterio expelli. ut habeat de maio. et obediens. c. qm in eccliasi. sic ille qui inobedient deo existit. Unus Deutero. viij. Qui superbiae nolens obediens sacerdotis impio morte morietur. Idcirco hec domus spualis est sanctificanda. Primo per deum timorem. Unde ps. xvij. Timor domini sanctus est. Nam de Ecclesiast. Qui timet deum preparabit corda sua et in specie illius sanctificabit quas suas. et timor deis fa-

De dedicatione templi.

et sanctū. ut dicit ap̄la. i. ad Cor. viiiij. Per sc̄cūtēs sc̄ificatiōnē in timore dei. Seruōdo hec dom⁹ d̄z sanc̄ificātiōnē p̄ iusticiā. Juxta il lud Eccl. xxv. Salus aie in sc̄icitate iusticie. Tercio hec dom⁹ sp̄ualia aie d̄z sanc̄ificari p̄ dei dilectionē. Nā tūc hō vere est sc̄us cū veraciter deū diligat. De q̄ Aug. Sicut sol illustrat sidis et stellas. sic charitas dei sanctificat homines. Sz d. nō curio de sc̄icitate nisi est em̄ beat⁹. Rūdet fulgentius. Habe sanctitate si vis h̄re beatitudinē. Nā si carebis sanctitate caribis et beatitudine. q̄ scrip̄tū est Isa. viij. Sanct⁹ vocabit ois q̄ scrip̄tus est in vita in h̄ierusalē. Quartado mus est materialis. sc̄ ex lignis et lapidib⁹ fabrīcata. cui⁹ hodie dedicationē in h̄ loco colum⁹. M. Hanc domū decet sc̄itudo. Et hoc multis de caus. Prima q̄ deo appropiat. Jō canit eccīa hodie illud Bene. xvij. Utere nō est hic aliud nisi domus dei Idecirco nihil aliud in ea d̄z fieri nisi id qd̄ ad deū pertinet. De q̄ Aug. In oratorio nihil aliud agit nisi qd̄ ad gloriam dei noscitur. Sc̄do domū hanc decet sc̄itudo. q̄ dñs in ea laudat. de q̄ ps. xxvij. In templo eius oēs dicent gloria. l. paup̄es et diuites. de q̄ canit eccīa. Hic vox lenicie p̄ sonar. hic pax et gaudia redūdat. hac domo trinitati laus et gloria semper resultat. Sz hec de multis p̄t dici illud Mat. xxi. Vlos fecisti eā speluncā latronū. ut impiteret illud p̄i. xxviii. Polluerat templū sanctū tuū. Tercio merito decet illaz domū sanctitudo. q̄ de⁹ in ea adorat. De q̄ Isa. lvi. et Mat. xxi. Dom⁹ mea dom⁹ orōnis vocabit. Dicit notāter dom⁹ orōnis nō dom⁹ cauillationis nō inutilis locutionis nec hophissatiois ut aliq̄ faciuit. Nā timen dū est sicut p̄ps cecidit illos de templo q̄bus hec vba dixit. sicutales inhonorates domuz dei nō p̄nt fieri dei templū. Sz d. curvult deus specialiter h̄c vel specialē p̄fē domum matenale. cū sit vbiq̄. Rūdet san. Tho. 2/te. iij. q̄. lxxix. arti. q̄. p̄ locus orōis habetur nō ppter deū sed ppter orātes. et hoc in ppter de causa. Primo ad designādū q̄ habem⁹ a deo nō solū animā sed et corp⁹. Idecirco corporalē habem⁹ domū in qua orām⁹. Sc̄do ppter specialē deuotionē vbi sunt sanctitat̄ signa ut crux p̄pi. et cū hoc sancti sanc̄torum p̄ps h̄ieslus sacramentaliter. Tercio ppter clericiorē exp̄auditionē. q̄ mīti ibi p̄ueniū. Et dñs dixit Mat. xvij. Ubi duo vel tres in nomine meo p̄gregati sunt in medio eoz ego

sum. Dicit Leo papa. Si duos velit erat dire multo ampli⁹ vbi multa milia. Eo p̄ dicit Hiero. Impossibile est multorum p̄ces. non exaudiri. Quarto merito illam do- mū decet sanctitudo. q̄ in ea deo offerat. Nā legitur de domo quā edificauit Salomon iij. Reg. x. In ea deo obtulit. Similiter. q̄. Paral. ix. Omnes reges terrarū venerū per singulos aunos et obtulerint munera i do- mū dñi. sic et nos. q̄ scriptū est Ego. xxiij. Nō apparebis in cōspectu meo vacuus. sic fecerunt et iudei. i. Machab. iiij. Constru- cro templo tpe iude machaber fecerūt dedi- cationē octo diebus et obtulerūt dñi holo- causta cū leticia. Sic etiā habet Ego. xxv. Lū completū esset opus tabernaculi. tunc cō- gregata multitudine filiorū israel moyses di- fit. Dies erit nobis sanct⁹ q̄ fecerit op̄ mo- rierur. sic p̄cepit dñs. Separare primitias do- mini ois voluntari⁹ et prompto anno offe- rat aurū et argenteū et ea faciūt purpurant et byssum et oleū ad luminaria. Sp̄ualiter. Sic hodie nos in domo dei offerre debem⁹. Prio oves innocētē ut puri et mīdi appa- reamus corā dñi. q̄ dicit ps. lxv. Iniqui- tateſi aspergi in corde meo nō exaudiens dñs. Joh. ix. Si q̄s cultor dei est et voluntatē ei⁹ facit huc exaudiens. Sc̄do debem⁹ offerre ba- yes. i. fortitudinē sp̄us. dīcēdo euz ps. lvij. Fortitudinē mē ad te custodiā. Dicit nā- q̄ Strabo sup̄ Ben. Quō dignus eris su- permis p̄mis nisi foris pro xp̄i nō ē eris. De quo et Pascas sup̄ Actus ap̄lōz. Nemo ē in via salutis nisi in robore et stantie fortis. Tercio debem⁹ offerre aurū. d̄s lectionem. Nā sīm Isido. Aurū positrū in igne euapo- rat nec in pondere minuit. q̄ est solidus. sic d̄leictio foris est ut mora q̄ deo offerre debe- mus. Dicit enī Hylari⁹. frustra est ois ope- ratio. nisi deo tota nra actio p̄pendat. Quar- to offerre debem⁹ in hac domo argētū puti- tanis. de q̄ Egesipp⁹. Omnis q̄ voluerit pla- cere diuine maiestati exerceat se in mentis puritate. Nā dicit Aug. de viginib⁹. Deus nō respicit pulcrā carnē. sed pulcrā men- tem. Quinto offerre debem⁹ deo oleū miseri- cordie. nā sicut oleū sup̄pnarat oīb⁹ liq̄rib⁹. sic et misericordia. Ideo Lu. v. Estote mīsi- ricordes. l. viiiis et defuncti. Eo p̄ dicit Da- malce. Indign⁹ est diuine clemētē q̄ nō co- panē misericordie alienā. Nā qua mēsura mensū faciūt eadē et remittet vob⁹. Quinto meri- to hāc domū dec̄ sc̄itudo ut orō nra in ea

exaudiat. Nā dē in veteri et novo testamen-
to p̄misit qdqd in domib⁹ suo nomini dedi-
catis postulatū fuerit hoc sine dubio exau-
diū cīt. *Uñ. iij. Reg. viij.* Lū Salomon
cōpleuit domū dñi orauit ad dñm dicens.
Si hō p̄eauerit in p̄mū sūum si fugerit
ppls inimicū sūu. si clausum fuerit celū. si
exorta fuerit ī terra fames aut pestilētia aut
corrupt⁹ aer. Et infra. Si q̄s agnosit pla-
gam cordis sui et expanderit ad dñm man⁹
suis ī hac domo tu exaudies in celo et rep̄o
piciaberis ut des vnicorū fūn vias suas sicut
videt̄ cor ei⁹. q̄ tu solus nosti corda filiorū
hōū. Et sequitur infra. Apparuit dñs salo-
moni et dixit. Audiuī orō em quā dēp̄atus
es corā me. Sanctificauī mihi domū hanc
quā edificasti ut ponerē nomē meū in sem-
p̄ternū et resū oculi mei opt̄i et aures mee at-
tentē. Sūl i nouo testamēto p̄misit nos ex-
audire *Lu. xi.* Petite et accipiet̄. pulsate et
apieſ vob̄. ois q̄ p̄. acci. et q̄ querit inuenit et
pul. age. *Blo.* Om̄is q̄ q̄nt p̄ affectionē cor-
dis. q̄ petiſ p̄ oris supplicationē. et q̄ pulsat p̄
manū opationē sine dubio exaudiēt. et sic
exaudiūt sūt publican⁹ *Lu. xvii.* q̄ p̄cutiēſ
pecc̄tū orauit di. De⁹ pp̄ciūs elto mihi
petri. S̄z q̄ nō exaudimur ē culpa nra. de
q̄ Greg. Ne mirū etarde ī nunḡ exaudi-
mūr. q̄ dñm occidentē nō audim⁹. *Jō Au-*
g⁹. Quo frōte postulas qd̄ p̄misit sū ī ſach
qd̄ p̄misisti. quapropter die Bernar. Ubi
mens igne diuino accēdit. pecc̄t manib⁹ ton-
dit. pauiētū genub⁹ calcat et ocli lacrimis
fluunt. gemis⁹ et lūsp̄ita resonāt illā o. dēz ex-
audiet dñs. Quinta est dom⁹ eternal. De q̄
ps. *Ixxij.* Beati q̄ habuāt ī domo tua dñe
in ſela ſeloz laudabūt te. Hāc deez ſcritudo
q̄ māntes ī ea ſcī fūt. ibi ē diuītas p̄mio-
rū *Joh. xiiij.* In domo p̄fis mei māliones
multe lut. et retributioes. ibi vox leticie et ex-
ultatiois. ibi null⁹ clamor; nec dolor ut dicit
Bern. Ibitāta ē leticia. in cōpatiōe cui⁹ ois
iocūditas moror. ois suauitas dolor. omnis
vulcedo acerbitas. omnis decor horribilitas.
Sic q̄ dicit *Lif.* lug matth. Maius cīt
leoz p̄mū q̄ om̄e eoꝝ desideriū. ad quā do-
mū p̄ducat nos q̄ regnat trinus et unus.

Sermo CLX. Ad idem.

Anctificauī mi

hi domū hanc et elegi eā mihi in
domū ſacrificij. *Reg. ix.* In

ſumma verb̄z duo ſinnūm̄. Primo ḡc-
eclēſia eſt a dño ſanctificata. ibi. Sanctifica-
ui. Scđo q̄ eſt in locū oblatiōis votata. ibi
elegi eā mihi t̄c. De primo eſt notandū.
Primo ſanctificat ecclia ut dyabolus expel-
latur. O Dicit Plini⁹ in ſpeculo natu-
rali. Unica que d̄z ferre fructū copioſum de-
bet diligēter a ſup̄floris mūdarī et purgari et
excoli. et ſepiuſ a cultorib⁹ viuificari. et deb̄z
cultos ſup̄ ſpelunca ordinari t̄c. Unica q̄n̄
floret buſones fugat et ſerp̄tes. q̄ odor flo-
riū p̄trariat veneno. Spūalt. Per vineā in
telligit ecclia dei. de q̄ *Ia. v.* Plantauit eſt vi-
neā elec̄tā. s. meā domū. et hō p̄ ferre fructū
infidelib⁹. nū excolect̄ et ab imūdicijſ mū-
dare. hoc fecit xp̄s p̄ ſuū vicariū. s. cpum. et
purgauit eā ab oib⁹ immūdicijſ dyabolice
prauitatis in ſecretātē et ſerp̄es internalis
nō p̄ i ea latitare. Refert nāq̄ *Bre. i. iiij. dy-*
alo. q̄ artiani quādā eccliam diuīt⁹ occupa-
bant. s̄z cū ad hanc teliq̄ beati ſebastiani et
ſancte agarhe eſſent allate. et ab epo dedita-
ta et in ea magna multitudō ppls laudes q̄
potenti deo canerent. ſubito ſub pedib⁹ ſuis
porcū ſenſerūt diſcurrere. vnamiter ammi-
rantes q̄ a nullo potuit videri. appropinq̄
uit ianuas arq̄ eq̄uit. vbi diuīna pietas o-
ſtendebat q̄ uniuersus in habitator eq̄uit.
Nā dom⁹ dei ē dyabolo terribil ppter q̄tū-
or q̄ ſu ip̄a ſtūtē. Prīo ibi erigunt truces.
Scđo effundunt orōes. Tercio dñicū cor-
pus p̄tinet. Quarto ſc̄tōz reliq̄e recōdunt.
Ex q̄oia iſta ſunt terribilis dyabolo tunc ſi-
gurat dyabol⁹ p̄ leonē. De q̄. *Pe. v.* Adū-
larins v̄ dyabol⁹ circūlūt q̄ ſi leo rugēs. Di-
cunt naturales. Leo q̄tuor timet. Primo
ſt̄ epitū rotaz ip̄i⁹ curruſ. Scđo ignē accēlūz
tercio gallū albū. quarto flagellatū catuluz.

Prio timet ſtrepitū curruū. et exercit⁹ an-
geloz. *ps. lxvij.* Lurrus dei. et milib⁹ multi-
plex. milia letannū ī ea. Strept⁹ coz ſūt
voſcrafidēs ī temōes. *Ia. lxij.* Sup̄ mu-
ros tuos h̄rlm̄ p̄titū custodes et tota die
acnoctē nō cefſtant laudare nomen dñi. igit
uti ſtrepit⁹ curruū ſunt dyabolis terribiles.
Figurat *Ben. xxvij.* Postq̄ iacob vidit ſe-
lam et angelos ascendentes et deſcedentes dixit
q̄ terribilis eſt locus iſte. Per ſcalā intelis-
gitur p̄nia p̄ quā angli et cēdūt orōes col-
ligūt. Scđo n̄met ignē accēlūz. et ardētia
desideria et ſeruētēs orōnes q̄ ſunt demoni-
bus terribilis. Unū dyabol⁹ dixit brō Bar-
tholomeo. Incendūt me orōnes tue. *Zug.*

De dedicatione templi.

261

Dratio est anie p̄sidū deo obsequiū dyabolo sup̄ plūciū. Et h̄ figuratur Thob. vi. Cordis ei⁹ p̄ticulā si sup̄ cartones ponas fumus eius extinguer om̄e gen⁹ demonior. Lanti. vi. Terribilis vt castroz acies. Tercio timet gallū albū. i. martyres et p̄fessores q̄ sive sunt galli p̄ doctrinā. Job. xxvii. Quis de dit gallo intelligentia. Et sunt albi q̄ per in nocentia ambulat Apoc. iiij. Ambulabunt meū in albis. q̄ digni sunt. Hoc reliq̄ in ecclesijs recō diuit. Lnf. i. ome. Ut latrones milites regi declināt. sic temones martyruz et p̄fessor corpora paueat et fugiat. Quarto timer catulū flagellatum. i. xp̄m q̄ adeo fuit flagellar⁹ q̄ nō fuit in eo sanitas a platea p̄dis v̄sq̄ ad verticē q̄ sacramentaliter p̄n̄ est et crux er̄ in memoria passionis. Lnf. Sacramentū fugiunt temones et occurrit angelī. Scđo sanctificat ppter scđo et ange lorū ministratiōne. Nā q̄ tuor modis amni nistrant. Pr̄io q̄ sacerdoti angelī assistunt Bre. Quis fidelū dubitat in ipa imolatiōnis hora ad sacerdoti vocē celos apiri. atq̄ in illo ihu xp̄i ministerio choros anglorū ad esse. summa imis sociati. terrena celestibus fungi. Scđo misstrant. q̄ orōnes fidelium deo offerunt Thob. xij. Quādo orabas cū lacrimis ego orō em tuaz obtuli dñō. Tercio misstrant. q̄ sideles ab insidijs custodiunt ps. xc. Angelū suis rē mādauit te teut custodiāt te in oībū vījs tuis. Judith. xiij. Lusto diuit me anglū hūc euntē et ibi cōmorantē et inde trāseuntē. Hiero. Angelorū auxilijs libera mur ab inimicoz insidij. Quarto ministrat. q̄ psallētib⁹ se p̄ illūgūt. ps. lxvij. Preueniūt p̄ncipes p̄lūcti psallētib⁹ in medio iuuēcularū timpanistriaz. p̄ timpanū itelli git xp̄s in q̄ est forma specifica. i. diuitias eterna. pellis extēta. i. caro crucifixa. melodia. i. aīa gaudio et iubilatio et plena. Ille aīe sunt timpanistriæ q̄ xp̄i diuinitate et hūauitate dulciter sunt refecte. Tercio tom⁹ sancti fieat ppter reuotione hoīm. Dicit nāq̄ san. Tho. pte. iiiij. q. xlviij. Loc⁹ orōis nō dedicatur ppter deū q̄ q̄i in loco cōprehēderet de⁹ q̄r de⁹ ip̄s ē. et hīm nūḡm iu. i. sen. Deus est ubiq̄z essentialiter et p̄sentialiter et potentialiter. Jo. iiij. Reg. viij. Leli celoz te cape nō p̄nt. quanto m̄in⁹ hec tom⁹. Sz. ppter hoīes. et h̄ quadrupliciter. Pr̄io ppter oblatiō em. q̄ sic a deo habem⁹ spūm et corp⁹. ita corpalem domū h̄re debem⁹ vbi corp⁹ et spūm sibi offerimus. Subdam⁹ igit spūm p̄ deuotā orōez


corp⁹ p̄ genuflexionē et pectori tonsionez. sic fecit publican⁹ Lu. xvij. Percutiebat peccatum in templo dices deuote. Deus pp̄ci⁹ esto mihi p̄cōrī. descedit iustificat⁹ in domū suā. Scđo pp̄ter specialē excitationē hoīes ad deuotēz. nā ibi depingunt sc̄ritat⁹ signa et signū passiōis. ibi p̄tinēt sacra mysteria q̄ oīa sunt ad deuotionē monētia. Tercio ppter celeriore exaudiō em. q̄ abbas citius audit totū p̄uēt q̄ vnu monachū. t sic cōgregatio fidelū citi⁹ exaudiſ. Math. xvij. Tbi duo v̄l tres in noīem mēo p̄gregati fuerint i medio eoz ego suz. Jo. i. Pe. iiij. Dea vnuanimes estore i orōne. Hiero. Impossibile ē multorū p̄ces nō exaudiūt. Nā helias fuit hō sills nob̄ v̄d̄na cū exau diuit. Jaē. v. Multū valz oro iusti assidua. Et sic nunc oīes p̄ assiduas orōes p̄nt obtinere a deo affluentiā bonoz oīm et remotionē maloz. Reuera oīa. i. bona spūalia tp̄alīa et celestia. Quarto ppter specialē inhabitationē Mala chie. iiij. Ecce veit in sc̄m tēplū suuz dñator dñs. i. sacramentalr̄. Bre. Quis fidelū dubitat i ipa imolatiōis hora celos apiri. ad sacerdoti vocē angelorū choros adesse. summa imis sociari. Abacuc. iiij. Dñs in templo scđo suo a facie ei⁹ silcat oīs terra. i. reverentiali timore Ben. xvij. et cōtrōp⁹ missē Terribilē loc⁹ iste. vere nō est h̄ aliud nisi domus dei et porta celi. Reuera terribil. vide sup̄ Apoca. xxi. Ecce tabernaculū dei cū hoīib⁹ et habita bit cū eis. Mat. vi. Vobiscuz sum v̄sq̄ ad summationē seculi. Dixi scđo q̄ in locū oblatiōis est totata. ibi. elegi eā mihi i locū sacrificij. iiij. Reg. viij. Rex et filij isti imolabant victimas corā dñō. Nō sic fecerūt iudei. i. Mach. iiiij. Cōstructo tēplo tpe iudei machabei fecerūt dedicationē seprē dieb⁹ et obulerūt dñō holocausta cū leticia. sic nos Scriptū est enī Epo. xxij. Nō appareb in p̄spectu meo vacuus. et de se. dī. i. Oīs xp̄ian⁹ ad missaz solēnsia aliqui offerre tenet. qđ figurat Epo. xxv. Lū cōpletū erat opus ta berinaculū rūc et gregata multitudine filioz israel moyses dixit ad oīm turbā. Iste est sermo quic̄ precepit dñs dīces. Separate apō vos primicias dñō. oīs voluntati et prōno anio offerat eas dñō. aurū et argentū es pur purā et byssum et oleū et. Subdit. Quisq̄l vīm sapientia est veniat et facias qđ dñs impe ranit. O Spūaliter. sic nos offerre te tem⁹ p̄rio aurū dilectiō is. Apoc. iii. Sua deo tibi emere a me anī ignitū. i. Log. p̄ij.

151

Charitas nō excidit Col.iii. Sup oīa habere charitatem qđ est vinculum dilectionis et pfectiois. Augu. Si charitas restat cetera nihil plūnt. Isido. Sicut aurum in igneō ei vaporat. sic dilectio in bono perseverare facit Hylari. Nisi impendat dilectio frustra erit omnis opatio. Hugo. Sine charitate nemo salvus. tēū charitate nemo dānat. Secundo argenti qđ est albū. et significat puritatem conscientie. Unū Egesippus. Omnia q voluerit familiaris esse diuine maiestati exercitat se in mentis puritate. Sz heu multi student ad vestīū claritatē. Aug. Nō q̄rie deus pulchram carnem sed mentem pulchram et puram Mar. v. Beati mūdo corde. Tercio es. id est fortitudinem spūs. ps. viii. Fortitudo mea ad te custodiām. Strabo super Ben. Quō dignus supernis pmijs eris nisi fortes p̄p̄i noiefueris. De quo Pascasi sup Act. aploz. Nemo est in via latuē nisi fuerit i roboire et stantie et virtutis. Quarto purpurā. i. meditatio nē et cō passionē passionis christi Hugo de sacramentis. Frequēs p̄p̄i meditatio passionis teleuat labore et opalem et spūalem. Richar. de san. victo. Sicut p̄ dyabolū temptationē suā exi tribulatio. sic p̄ christi passionē solatio. Sextus p̄thagorius. Nulla sal cernit ubi passio p̄p̄i a memoria elongatur. Quinto oleū de capite tuo nō deficiet. Damasce. Indignus est elementia qui nō cō patiū alienem miserie. s. viuis et mortuis Septo thus orōis. ps. cxl. Ascendat ad te dñe oratio mea sicut incensum. Aug. Oratione est deo obsequium. animabus refrigerium et dyabolo supplicium.

Opu a perutile sermonum de sanctis per circulum anni Thesaurus nouus nunciatū impressus Argentine p̄ Martinū flach Anno dñi. M.cccc. lxxvij. sicut feliciter.

148



Ex. complete (?) com 261 fls. numeradas

Talvez as fls. d' 1 a 261. Diversas 264 fls.



